UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Quinto die Sabbati Quadragesimæ: Homilia Trigesimatertia. De Christo luce mundi. Iterum dixit eis Iesus: Ego sum lux mundi &c. Ioan.8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53104

Visual Library

*dantur? quid ſi, dum audiunt vel auribus ſuis credunt? quid ſi dum intuentur vel oculis ſuis corriguntur: quid ſi, dum rumpunt vincula mentes ſuas ſoluunt? quid ſi, dum Lazarus exuitur populus liberatur? dum Lazarum abire permittunt ipſi ad Dominum reuertuntur?* præcipit Chriſtus, *Sinite illum abire?* vt omnes viuentem eum aduertant. Inſuper opinatur D. Chryſoſtom. quòd Dominus eo deferri iuſſerit panem, & mandauerit vt comederet: vitæ ſignum euidentiſſimum, quo ipſe à mortuis rediuiuus ſuam teſtatus eſt reſurrectionem, an dari poteſt euidentior atteſtatio?

V. Argumentum eſt hoc, quod manus pedeſque
Argumen- ſtringit, & certam facit euidentiam, quam Theo-
tū eſt hoc logi definiunt, *In atteſtante:* & eleganter probat
in atteſtā- Theologiæ Coryphæus D. Thomas Indubium
te. eſt, quod omnium auctor miraculorum primarius ſit Deus, qui nec mentiri poteſt, nec teſtari mendacium, igitur quando fit miraculum ad doctrinæ alicuius confirmationem, manifeſtum eſt, quòd Deus ſit, qui per hoc miraculum teſtatur de veritate Doctrinæ: quapropter hanc falſam eſſe, eſt impoſſibile. Chriſtum conſidera, quàm expreſsè, quàm explicitè, proteſtetur ſe hoc ſignum edere in confirmationem eius, quod dixerat ſe filium Dei eſſe ab eo miſſum in mundum: *Vt credant: quia tu me miſiſti.* Per hoc *multi ex Iudæis crediderunt,* ſed alij duriores obſtiterunt, & hac luce perfuſi in grauiores lapſi ſunt tenebras: inde namque occaſionem ſumpſerunt ilico tendendi Ieruſalem, & conuocandi concilium (de quo infra octiduum agemus) vt eum condemnarent, ſicut de facto morte condemnarunt. Sua nos Deus miſericordia illuminet, ne nobis morti ſit opus adeo vitale, noſtriſque vt infundat vocem animabus efficacem, qua ſi mortua ſit, reſurgat, & de peccati ſepulchro proſiliat rediuiua dicamuſque cum D. Ambroſ. D. Ambr.
poſtquam fusè ſatis de hac diſſeruerat hiſtoria: Lib. 2. de
*Vtinam ad hoc monumentum meum digneris accede-* pœnit. c. 8.
*re Domine Ieſu, tuis me lacrimis laues; quoniam* Tom. 4.
*durioribus oculis non habeo tantas lacrymas, vt mea poſſim lauare delicta ſi illacrymaberis, pro me, ſaluus ero, ſi dignus fuero lacrymis tuis, fœtorem abſtergo delictorum omnium. Si fuero dignus vt paulisper illacrymes vocabis me de monumento huius corporis & dices; exi foras,* Hic per gratiam, & poſtmodum per gloriam, Amen.

# SVMMARIVM
## HOMILIÆ TRIGESIMÆTERTIÆ SEQVENTIS.

DVo præter alia nos docet hoc in Euangelio Chriſtus Dominus, ſeipſum
lucem appellans, ſeu mundi ſolem. Primùm, quid ſit quod ipſe agit:
Secuncùm quid nos agere oportet. Eſt ipſe lux diuina, qua diuinum
a §.1.2. ſuum eſſe manifeſtat. a. eò quod agat idem quod ſol: cum enim mun-
dus tenebris inuolueretur obſcuris, nocteque tenebroſa, tartareis libe-
rè quaquam verſum feris percurrentibus, mille tenebras, atque idololatrias indu-
b §.3. centibus pro Deo adorari volentibus. b. diuinus hic ſol illuceſcens, has omnes diſ-
perſit tenebras, feras omnes eliminauit, mundo diabolum exterminans, cunctaque
idola eius euertens & diſſipans altaria. c. lucem infundens, nedum Iudææ, ſed toti
c §.4. mundo. d. Producit ſol hic eminentiſſimus, quidquid in hoc mundo ſpirituali boni
d §.5. efficitur, & in nobis vt ſol operatur, libertatem non minuens: hæc enim nobis eſt
naturalis. e. Adeſt Iudæorum deſideria votaque complens. f. qui tanto ſolem affe-
e §.6.7.8. ctu proſequebantur, vt eum inter falſos Deos Deum ſupplices adorarent. g. Prædi-
f §.9. cit illis tenebras, in quas inciderent, ſuam lucem non admittendo. h. Hoc nobis agen-
g §.10. dum incumbit, vt illum ſequamur, ſicut Iſraelitæ per deſerta profecti, columnam.
h §.11.12. i. eſt etenim dux ad cœlum ſecuriſſimus. k. & lux excellentiſſima: nam ad illam vi-
i §.13. dendam, alia nobis non eſt neceſſaria, quam illius. l.
k §.14.
l §.15.

§. 1. Inter

§. 1. *Inter ſymbolica nomina, quibus ſe Dominus nobis manifeſtat, lucis nomen eminet.*

§. 2. Ego ſum lux. *Sub ſymbolo lucis primo declarat æternam ſuam generationem, imo etiam emanationem Spiritus S.*

§. 3. Ego ſum lux mundi. *Secundo declarat quid operetur in mundo in quo velut in nocte tenebroſa, liberrimè feræ vagabantur.*

§. 4. *Apparente luce, diſſipatæ ſunt tenebræ, fugeruntq́; beſtiæ, etiam in ipſa ſynagoga, idololatriæ dedita.*

§. 5. *Lux dicitur mundi, cum non tantum lucem ſuam extendat ad Iudæos, ſed ad omnes mundi nationes.*

§. 6. *Tertio declarat hoc nomen, qua ratione Christus quodlibet in ſe bonum contineat, & ad quodlibet concurrat.*

§. 7. *Sicut videri non poteſt ſol ſine eius luce, ſic nec Chriſtus, niſi nos ipſe illuminet, agnoſci.*

§. 8. *Chriſtus velut ſol operatur in nobis, ſine libertatis noſtræ detrimento.*

§. 9. Ego ſum lux mundi. *Vltimo declarat, quod ipſe eſſet, qui veniret Iudæorum deſideria completurus.*

§. 10. *Inter falſos Deos ſol principalis à Gentilibus adorabatur, magis autem à Iudæis.*

§. 11. *Prædicit illis tenebras, in quas corruerent omnino contrarium ei, quod illis in Ægypto contigit.*

§. 12. *Hoc lucis ſymbolo argumentum illis propoſuit ſuæ diuinitatis apertius, quam Menander Gentilibus diuinitatis ſolis.*

§. 13. Qui ſequitur me. *Aduenit Chriſtus nos in cœlum deducturus, velut columna Iſraelitas in terram promiſſionis.*

§. 14. *Eſt Chriſtus dux ad cœlum ſecurus, ſicut pſeudodij ad infernum.*

§. 15. *A ratione longius aberrarunt hi: quandoquidem lux, alia quam ſua non indigeat luce, qua ſeipſam manifeſtet.*

# HOMILIA XXXIII.

## DE CHRISTO LVCE MVNDI.

### Quinto die Sabbati Quadrageſimæ.

*Iterum dixit eis Ieſus: ego ſum lux mundi, &c.* Ioann. 8.

☞ 1

1. D. Aug. *Tract.* 36. *in Ioan.* *Tract.* 9.

CONSIDERAT hodie D. Auguſt. glorioſum Euangeliſtam D. Ioannem cenſetque illum finem imponere officio aquilæ, quod ante incœperat. Noſtis fratres mei (inquit) hanc eſſe Communem Sanctorum ſententiam quatuor illa animalia, quæ viderunt vates Ezechiel, & Ioannes Apoſtolus circa Thronum Dei, quorum vnum faciem præferebat hominis, leonis alterum, alterum vituli & quartum aquilæ ducta motaque impetu vnius eiuſdem Spiritus ſymbolicè præfigurare quatuor Euangeliſtas, quorum intellectus lingua, manus, & pennæ impetu Spiritus S. dirigebantur, quodque aquila D. Ioanni eſſet conſecrata ob duas proprietates, à quibus aquila commendatur, primæ quòd acuti fortiſque ſit viſus, quo fixa oculorum acie ſolē contemplatur, cuius clariſſimis radijs ne minimum quidē obcæcatur, ſecundæ vt pullos ſuos probet vtrū genuini ſint aut legitimi, eos ſolis radijs exponit ardētiſſimis, vt legitimos eos acceptās, qui ſolis vi-

viſû delectantur eoq; illuminantur: vt ſpurios autem eos reijciens qui ſolis lumine excœcantur. Profero D. Aug. *Dicuntur pulli aquilarum à parentibus ſuis ſic probari. Patris ſcilicet vngue*
D. AVGVS. *ſuſpendi & radijs ſoli opponi. Qui firmiter contemplatus fuerit filius agnoſcitur. ſi acie palpitauerit tamquam adulterinus ab vngue dimittitur.*

En tibi Euang. D. Ioan. aquilam regalem: vt talis enim: Primò directa acie Dei filium contemplatur vt ſolem diuinũ & eminentem, lucem diuini verbi conſiderans à Deo procedentem & hoc eo modo, vt nec acie palpitet nec viſu ob-
Ioan. 1. 1. tenebretur: dixit enim: *In principio erat verbum & verbum erat apud Deum &c.* Hodie tranſit ad ſecundũ noſq; ſolis huius opponit cõſpectui, vel ſi melius arridet ipſum noſtris obijcit oculis; etenim ſuæ claritatis radios euibrans nos alloquitur: *Ego ſum lux mundi.* Cognoſcentur autẽ filij Dei eſſe legitimi, ſecurè lucem hanc contẽplantes, nõ acie palpitantes, nõ tenebris obuoluti: & hoc ipſo nobis declarat Scribas & Phariſæos filios nõ fuiſſe legitimos ſed ſpurios, ſed alienos
Pſ. 17. 46 vt illos inſcribit Dauid: *Filij alieni mentiti ſunt mihi filij alieni inueterati ſunt* Etenim ad lucem illã velut aues nocturnæ & veſpertiliones obtenebrati ſũt, & ad primos radios, quibus eorũ hodie illuxit oculis, ita obcœcati ſunt, vt dixerint, ſe ea de cauſa nolle in eum credere: nec hoc mirum: vt enim illis aſſerit Chriſtus oculos ſolũ modo aperiebant carnales, vt de rebus Iudicarẽt ex earum tantummodo ſuperficie: illis enim animæ oculi erant obtenebrati quibus lex illa videri poteſt excellentiſſima. Vtinam noſtros illuminet oculos diuinæ ſuæ gratiæ lumine, Princeps autem Angelorum illud nobis obtinebit, ſi eius patrocinium inuocemus dicẽdo: *Aue Maria*

## §. I. *Inter ſymbolica nomina, quibus ſe Dominus manifeſtat, lucis nomen eminet.*

2
D. AVG. *Ser. 159. de temp. in poſ. feſto SS. Tri Tom 10.*
*Ioan. 17. 3*

Diuus Auguſt. conatur docere nos modum cognoſcendi Deum, eiuſque vnigenitum Filium Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, tanti nobis refert hæc cognitio, vt ſine illa, nulla ſit vita expectanda. *Hec eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Quomodo cognoſcam illum? ſuppone, inquit, quòd Deum minimè poſ-
I. Deus in eſſentia ſis cognoſcere ſecundum quod in ſe eſt in ſua diuina eſſentia, vnus in eſſentia & trinus in Perſonis: etenim hoc adeo eximium eſt & excelſũ, vt nullus creatus intellectus illum poſsit comprehendere, multò minus quàm cœlorum amplitudinem palmo tuo concludere valeas vel maris Oceani immenſitatem nucis auellanæ putamine complecti: — cognoſci nõ poteſt

II. Hoc D. Auguſtino oſtenditur à puero.

Hac ſimilitudine expoſuit ipſe Deus ipſi Aug. ſublime illud myſterium: quando ſcripturus de SS. Trinitatis myſterio ad oram maris obambulans, atq; de eo meditatus puerulo occurrit, qui paruo cocleari aquas hauriebat maris eaſq; exiguæ infundebat foſſulæ, quam in arena eruerat: hunc quid ageret interrogat: reſpondit ille, totum hoc mare huic conor infundere foſſulæ riſit D. Aug. aitq; puero, hoc vltra vires eſſe vt impoſsibile: cui puſio amplius adhuc vires tuas ſuperat & eſt impoſsibile velle diuinæ eſſentiæ pelagus comprehendere in re tam exiguæ capacitatis, creato inquam intellectu. Imo ea de cauſa nobis Dominus non præcipit inquit D. Aug. vt hæc myſteria ſcrutemur, ea capere conati, ſed illa potiùs ſincerâ fide credamus: *De qualitate Dei querere non debetis, quia Deus credi ſe voluit non examinari.* Licet autem hoc ita ſit quod Deum minimè poſsis cognoſcere ſecundũ quod in ſe eſt, adlaborandum tamen eſt vt eum cognoſcas; ſecundum quod in te eſt, quod pro te fecit quod in te operatur, atque à te efflagitat, illud inquire, illud ſcrutare, illud cognoſcere totis ſtudijs adlabora: vt enim hoc tibi declararet de cœlis ad terram deſcendit & ſeipſum tibi multis varijſq; nominibus, quæ ipſe ſibi impoſuit, apertè manifeſtauit. Neceſſarium erat illum cognoſcere, nos ipſum cognoſcendi modum ignorabamus, venit ille ſeq; nobis infinitis nominibus ſymboliſque cognoſcendum obtulit, quibus ſeipſum nobis manifeſtauit. Impoſitio nominum ex rerum naſcitur cognitione: etenim ea de cauſa præcepturus Deus Adæ vt omnibus à ſe conditis creaturis nomen imponeret, clariſsimam illi omnium infudit cognitionem.

Nemo Deum perfectè cognoſcit niſi filius eius vnigenitus, vnde nomen illi imponere nemo poterat quod melius declararet & quòd Deus eſt in ſeipſo & in ordine ad nos quàm ipſe filius vnigenitus. Hoc eſt quod ipſe filius fecit: *Deũ nemo vidit vmquam, vnigenitus qui eſt in ſinu eius, ipſe enarrauit.* Hinc eſt quòd tali ſibi — III. Varia Deo nomina adſcribũtur ex quibus
Chriſtus adſcripſit nomina quæ, ſi ſtudioſè conſideres (inquit D. Aug.) videntur innumerabilia: ſi namque omnia ſimul perfectè non valent exprimere hoc quod eſt, quanto

imperfecte cognoſcitur minus id vnicum exprimeret? multis appellatur nominibus: quia declarat vnum, ad quod alterum eſt inſufficiens! *Multis nominibus appellatur.* Vocatur verbum ſiue vox, virtus, ſapientia, manus dextera, brachium, gemma, theſaurus, fons, aqua, igni, petra, agnus, aquila, paſtor, magiſter, medicus, via, vita, veritas. Horum ſingulis aliquid tibi innoteſcit eius quod tibi eſt, & in te Deus operatur. Eſt vox (crede D. Aug.) quâ tibi pater loquitur: virtus, quæ te ſuſtinet: ſapientia, quæ te regit: manus dextera, quæ te conſeruat: brachium, quod te erigit: gemma, quæ te exornat: theſaurus quo ditеſcis: fons animum tuum irrigans: aqua te refrigerans: ignis te accendens, petra te corroborans: agnus tuum ſacrificium: aquila te his attollens alis: paſtor te ducens: magiſter te inſtruens: medicus te ſanans: via te ducens ad cælum: veritas te erudiens: vita te viuificans.

Ne crediderís (monet D. Greg. Niſſen.) ſufficere illa nomina pertranſeunter contemplando: *Hom. 1. in Cant.* minimum enim illorum multa tibi admiranda declarabit Sacramenta quæ Dominus in noſtram operatur vtilitatem: *Magnum quiddam continere videtur.* *Lib. 1. de fide ad Grati c. 2* Non ſic attendas ea velim (inquit D. Ambr.) ſicut nomina quibus te homines compellant: eorum enim plurima inania ſunt ſicut tituli in vacuis officinæ pixidibus; vocas prudentem, malitioſum: animoſum, ſuperbum: humilem, puſillanimem: liberalem ac nobilem, prodigum opimque profligatorem. *D. GREG. NYSSEN* Illa verò conſidera velut plena: *Non ſunt hæc nuda nomina, ſed operatricis virtutis indicia.* Hinc exordium ſumpſit Sanctorum Patrum ſollicitudo in componendis libris ac tractatibus in quibus hæc nomina diligentiùs expendunt, quibus Deus ſeipſum frequentiùs agnominat. Inter hos caput attollit D. Dioniſ. D. Pauli Apoſtoli diſcipulus? hac etenim mente libros illos conſcripſit doctiſsimos: *De diuinis nominibus,* quos tanta repleuit cæleſti Theologia vt iure merito Theologiæ ſol D. Thom. illos de verbo ad verbum ſtuduerit explanare.

IV. Lucis nomen Deo maximè propriū. D. DION Cap. 4. in illa ſect. ... præter.

Hæc diuina nomina porpendens hoc in libro D. Diony. nos præmonet, vt illis inhæreamus, preſertim autem illi, quo ſe Dominus compellat in hoc Euangelio dū ſic de ſeipſo pronuntiat: *Ego ſum lux mundi.* Circa quod nomen profundè diſcurrit: *De nomine luminis.* Annotans nomen hoc ſingulares includere conſiderationes: inter omnes etenim creaturas, nulla noſtræ hebetudini declarat expreſsius ſiue hoc quod eſt neceſſarium vt intelligamus de Deo in ſe, ſiue hoc quod nobis eſt & in nobis operatur; vt poſsim dicere quòd imago quædam ſit manifeſta Dei, diuinæ ſuæ eſſentiæ diuinæque bonitatis: *Ita quidem & diuinæ bonitatis manifeſta imago magnus iſte & totus ſplendens & ſuperlucens ſol, ſecundū multam reſonantiam boni &c.* His conformiter, eleganter proſequitur D. Amb. ſuū argumētum quod D. Tho latiùs explicat: omnia verò comprehendens dico, quod illo nomine Chriſtus Dominus inſignia nobis exponat ſignetque Sacramenta; primum ipſum diuinæ ſuæ eſſentiæ atque illud quod de ea nos credere oportet; ſecundum, id quod lux eius in mundo operatur vniuerſo. Tertium, id quod in vnoquoque operatus eſt in ordine ad Iudæos, præſertim in hac occaſione, quâ cum eis ſermonem inſtituit; illud igitur expendamus quatenus aſſequamur illud quod D. Pet. Apoſt. nobis iniungit vt in cognitione Chriſti ſemper accreſcamus: *Creſcite in gratiâ & in cognitione Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti.* 2. Pet. 3. 18. Omne noſtrum bonum fundatur in cognitione Chriſti, & Apoſt. Paulus huic libro principalem nauabat operam. *Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi Ieſum Chriſtum.* 1. Cor. 2. 2 ipſe nobis lucem quâ illum, cognoſcamus infundit & vt lux ſeſe nobis obijcit, oculos igitur in illam fixa acie deflectamus.

## §. 2. Ego ſum lux. *Sub ſymbolo lucis, primò declarat æternam ſuam generationem, imo etiam emanationem Spiritus S.*

EGo ſum lux mundi. Præmonet nos hic D. Aug. ne dimus ad ... materiales, vt credamus Chriſtum hic inſinuare velle, quòd ipſe ſol ſit iſte quem videmus, ſicut inſipienter hoc intellexerunt & crediderunt Manichæi hæretici: ſicut quando ſe vitem vocauit: *Ego ſum vitis vera.* Ne hæc intellexeris quòd ille vitis ſit ex illis vna, quam inter vineta conſpicimus. Locutio eſt ſymbolica, quâ ſe nobis ſub ſigno & ſimilitudine ſolis ipſe manifeſtat; & primò hoc intendit vt per illud cognoſcas id quòd eſt in ſeipſo & in ſua eſſentia. Quid eſt Chriſtus? Filius Dei naturalis à diuino ſuo Patre ab æterno genitus. Quomodo hoc intelligam? attende, monet D. Aug. quomodo hoc tibi explicet, qui raptus ad tertium cœlum conſpexit, dicendo *Qui cum ſit ſplendor gloriæ:* quòd clarè idem

3 Tract 34. in Ioan.

I. Quis ſit filius Dei.

Heb. 1. 3

eſt,

*Tom. 6. in principio.*

eſt, quod de ſeipſo Chriſtus ait: *Ego ſum lux mundi.* compoſuit D. Aug. argumentum ſeu tractatum ſuo dignum ingenio contra quinque ſpecies infidelium, qui vt impoſsibile affirmant id, quod fides nos docet de perſona Chriſti, quod filius eſt Dei naturalis, de eius genitus ſubſtantia, ſic ab æterno vt filio prior non ſit Pater. Illi verò ſunt Pagani, Iudæi, Manichæi, Sabelliani, & Ariani.

II. Obiectio hereticorum.

Si Deus (obiiciunt illi) produxiſſet filium ſuum, illum de ſua generans ſubſtantia, eiuſdem in ſeipſo diminutio exiſteret: ſi namq; tu ex eo dederis, quòd habes, hoc ipſum diminuitur. Similiter interueniret corruptio: quod enim alteri cõmunicatur in ſeipſo conſumitur.

III. Similitudo.

Amplius ex hoc ſequitur quod iunior Patre ſit filius, quandoquidem videatur neceſſarium quòd Pater qui gignit filium ſit illo prior. Hæc illi infideles. Reſpondet autẽ illis D. Aug. Primò ſtatuens hanc veritatem Catholicam: ne crediderís in Deo generationẽ eſſe cum materia corporalem; nec enim ipſe corpus eſt nec ipſa eſt generatio per patris matriſq; operam, ſicut corporales, ſed generatio eſt ſpiritualis per operationem intellectus, ſicut illa quàm aliquo modo in te ipſo experiris: dũ enim anima tua intelligit vel aliquid apprehendit, illic in intellectu tuo interiùs ſeu imaginatione ſimilitudinem eius quod intelligis producis, ſine corruptione vel aliqua tui diminutione. Sic intelligẽs Deus ſeipſum in ſuo ipſo intellectu ſui ipſius producit ſimilitudinem. Hęc eſt filii ſed dictus á D. Paulo: *Figura ſubſtantiæ eius.*

IV. Filius coæuus eſt Patri.

Et ex his colliges, quòd filio Pater nequaquam fuerit anterior: numquam enim Pater fuit ſeipſum non intelligens, ſeipſum nõ cognoſcens, proinde numquam fuit, quin ex iſta intellectione in ſe produxerit ſui ipſius imaginem.

*Eph. 3. 14.*

Hanc oportet te de Deo habere cognitionem, & hanc ipſam exoptabat Apoſt. D. Paulus fideles haberent, Deum prouolutis genibus ſupplicans, vt illis hanc largiretur: *Flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti &c. vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ.* In genua prouolutus diuinam rogo clementiam, vt vobis ſuæ gloriæ communicet diuitias: *Vt poſſitis comprehendere &c.* Qua ratione? *Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.* q.d. placeat Deo, ſic obſecro vt vobis infundat cognitionem Dei pleni.

V. Quid ſit plenus Deus.

Quid eſt Deus plenus? Deus qui intellectu pollet quo ſe cognoſcit, & voluntate, qua ſeipſum diligit. Admodum certè vacuus foret Deus ille qui nullum haberet intellectũ nullam voluntatem, imo magis ille qui pollens intellectu non ſe cognoſceret, & voluntate prędictus ſe ipſum haudquaquam amaret. Gentiles & Iudæi capita ſunt cerebro vacua: ponentes enim in Deo intellectum & voluntatem, vtrumque vacuum ſtatuunt: etenim intellectus non intelligens, vel qui intelligendo in ſe non producit imaginem eius quod intelligit, vacuus eſt. Similiter & voluntas, quæ non amat, vel quæ amando non producit in ſe motum ſeu impulſum ad rem amatam, inanis eſt. Sic ait Philoſophus: dum naſcimur anima noſtra vacua eſt, eo quod nec intelligat nec amet: *Tamquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum.* Impletur autem eo modo quò paulatim intelligit: nam ſecundum ea, quæ intelligit, imaginibus impletur rerum cognitarum, quæ vocantur verba, ſeu conceptus intellectus.

Adeſto Pagane, Gentilis, Iudæe, quomodo cognoſcis Deum? an illum cognoſcis quòd intellectu ſit prędictus, quò ſeipſum intelligit & omne quod eſt intelligile, quodque intelligendo ſe, producat in ſe imaginem eius, quod intelligit? ſi dixeris nequaquam: an non vides, quòd ille intellectus, quem dicis te cognoſcere, intellectus ſit vacuus: non enim in ſe habet imaginem eius quod intelligit: intellectus autem vacuus nullo modo concedendus eſt in Deo: grauiſsimum enim defectum inuolueret: ſi dixeris quòd ſic: ecce hic filius, quem fides Catholica confitetur imaginem eſſe productam per intellectum Patris æterni.

Ex his addiſces Primò: generationem hanc 4.
diuini verbi opus non eſſe carnale, nec vllam in ea interuenire corruptionẽ, ſicut nec in productione, quâ tuus intellectus in ſe producit eius ſimilitudinem, quod intelligit. Collige Secundò: filium non eſſe Patre genitore poſteriorem. Etenim dicito mihi, vter prior ſit, Deus, an diuinus eius intellectus? clarum eſt vtrumque ſibi eſſe coæternum: cum numquam ſine intellectu fuerit Deus, alioquin Deus fuiſſet ſummopere vacuus. Amplius dicito mihi, vtrum prius ſit Dei intellectus aut eius intelligere, producendo in ſe actum intellectionis, & per illum imaginem rei intellectæ? nemo dubitat, quin vtrumque ſit æque antiquum quandoquidem numquã intellectus Dei fuerit, ſe non intelligens, talemq; producens ſimilitudinem; etenim vacuus eſſet intellectus. Si tã antiqua ſit hæc imago, quàm ipſe intellectus intelligendo producens imaginem,

& tam antiquus intellectus ac Deus, tam antiqua atq; ille, eſſe debet iſta ſimilitudo & cum hæc ſit, ſicut eſt, eius filius & Verbum æternum, tam antiquus eſſe debet ille atq; Deus. Dices non capio: ſunt enim hæc valde ſpiritualia, & ego ad corporalia genitus. Illud igitur expoſitum aduerte in verbis illis: *Ego ſum lux mundi.*

Serm. 109. VI. Hoc myſterium per lucem explicatur.

Hoc ſymbolo ex mente D. Aug. illud declarauit Apoſtolus, poſtquam idem in extaſi fuerat contemplatus: *Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius.* Quis eſt Chriſtus? figura eſt & imago ſubſtantiæ Dei, hoc eſt, imago quam producit diuino ſuo intellectu propriam ſuam intelligens conſiderauſq; ſubſtantiam. Qua ratione aliquid horum intelligam? ipſo lucis ſymbolo: *Eſt ſplendor gloriæ* id quod ipſe hic ait *Ego ſum lux mundi.* Attende (ſic D. Aug.) qua ratione ſe habeant ſol & lux. In confeſſo eſt: Primò à ſole lucem procedere. Solem hunc intuere, quam in ſeipſo ſit luce plenus. Quis lucem producit? Vnde naſcitur? de ipſa ſolis ſubſtantia & nedum nulla ſolis interuenit corruptio illam producentis, ſed & hoc non paruæ ſolis attribuitur perfectioni quòd lucem producit per ſimpliciſſimam atque perfectiſsimam emanationem. Quid amplius attende, quantùs ſol lucem producat, nec eſt ipſa prior nec lux ſole poſterior: quandoquidem numquam ſol ſine luce fuerit: & quid hoc tantopere miraris (quærit D. Aug.) quandoquidem oculis tuis in cœlum non aſcendens, illud habeas in domo tua familiare? facem ſeu candelam accendis: duo hic vides, ignem ſiue flammam, & lucem; quis lucem hanc producit quā in ſe continet ignis? vnde procedit? conclamant omnes: de ipſa ignis ſubſtantia. Vtrum eſt altero prius? evidens eſt tam cito fulgere lucem atque ignem ſeu flāmam *Ecce ignis & ſplendor duo ſunt, alter ex altero non ſine altero alter eſt.* Hic contemplare myſterium quod fides profitetur catholica

D. AVG. Orat. contra quinque Hæreſes ſiue ita & Epiſt. 6. ad Maximū medicum Tom. 10.

Ignis Patrē præfigurat, & lux quā de ſe producit filiū *ignis pater ſplēdor filius* certè ſi quod ſi ſplēdor hic loqui poſſet, diceret: *quod luceo nō à me ipſo luceo ſed qui me miſit, dedit mihi vt luceā. ignis enim ſplendorē mittit.* Et *ſicut filius de Deo Patre dicit: Pater mecū eſt, ita ſplēdor diceret ſi dicere poſſet ignis mecum eſt. extingue ignem, ſplēdor nuſquā apparebit iſte ergo ignis Pater, & ſplēdor filius vnus ſine coniuge Pater, alius ſine Matre filius, nec diuisi alter ab altero poteſt, cum ſit alter ex altero initiū tamē alterius eſſe nō poteſt ſine altero.* An hoc clarū eſt ô Hæretice? Deo igitur hoc cōcede Creatori: *quod ipſe præſtitit creaturæ & in creatura ſi poteſtis, capite Creatorē.* Hinc intelliges (inquit) ô Sabelli, qua ratione Pater & Filius duæ ſint perſonæ in vna eadēq; eſſentia diſtinctæ, ſicut ſūt ignis & ſplēdor: *Accedat Sabellianus videat duos in vnū, ignem & ſplēdorē. Nūquid nō rectè dicere poteſt ſplēdor: ego in igne, & ignis in me, ſicut & filius dicit: ego in Patre & Pater in me.* Hinc Arriane tu capies qua ratione procedēs de Patre filius non ſit illo poſterior: *Accedat Arrianus, videat & ipſe alterū ex altero nec tamen naſci poſſe alterū ſine altero: nemo eorū prior, nemo poſterior. Coæui ſunt Pater & filius, ſplēdor & ignis nec ignis ſine ſplēdore, nec ſplēdor ſine igne eſſe poteſt: aut certe ſi placet mitte manum & diuide alterum ab altero.*

Vide quàm admirabile ſymbolū ſit lux ad intelligēdū perſonā filij Dei. Idcirco D. Ioā. (teſte D. Aug.) ſingulari cōſilio vſus eſt eo ad illū declarādū in exordio ſui Euāgelij in quo totā noſtrā cōplectitur fidē: *In principio erat verbū &c.* Non capio. Huius igitur aliquid per lucis ſymbolū intelliges: *Erat lux vera &c.* Et ſi calorem adiunxeris de ſole procedē & lucē & de igne, eiuſq; ſplēdore, hinc poteris etiā perſonā Sancti S. intelligere, atq; per hoc Dei pleni cōſequeris cognitionē, quā dicebamus Apoſtolū tantopere deſiderare. Ad hoc enim aperire nobis portam voluit Dominus ſe ipſū lucem appellans vt per hanc intrantes, tranſiremus ad calorem de igne & eius ſplendore procedentem velut de vno principio & ſymbolum haberemus perfectum plenumque Sanctiſsimæ Trinitatis. Quinimo mihi perſuadeo hoc ipſum D. Ioan. intendiſſe, nobis etenim exponens perſonam filij Dei oſtiū aperuit, vt intellectus noſter ingrederetur ad cognoſcendum perſonam Spiritus S. de quo illud diceremus, quod ipſe de filio Dei. Quid de ipſo dicit? illum audi hoc loquentem, illudque ſequere: *In principio erat verbum.* Dicito tu: *In principio erat amor.* Progreditur? *Et verbum erat apud Deum.* Dicito tu: *Et amor erat apud Deū.* Vlterius: *Et Deus erat verbū.* Dicito tu *Et Deus erat amor.* O SS Evang. quādoquidē non dixeris id quod Deus eſt in ſe, & illud quod producit ab intra de ſemetipſo, ediſſere nobis, qua ratione hæc foris produxerit: *Omnia per ipſum facta ſūt & ſine ipſo factū eſt nihil.* Tu illū ſequere ac dicito: *omnia per amorē facta ſūt & ſine ipſo factū eſt nihil.* O quā profūda eſt hæc Theologia quā modo perfectè nō licet exponere. cœlu

Tract. 4. in Ioan. Ioan. 1. 1.

VII. In luce etiā Spiritus S. declaratur.

de tuum,

enim, Euangeliſta glorioſe, diſcurſum: *Et verbum caro factum eſt & habitauit in nobis & vidimus gloriam eius.* Ingredere tu & ait: *Spiritus ſanctus ſuper carnem effuſus eſt, & vidimus gloriam eius:* Hoc etenim ex ore Principis Apoſtolorum ipſo die Pentecoſtes intelleximus. Vltimò tandem quomodo per Dei filium facti ſumus filij Dei: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri:* Tu ſimiliter abſolue cum Apoſt. de Spiritu S. *Miſit Deus ſpiritum filij ſui, in quo clamamus Abba Pater.* Excellentiſſimum admirare lucis ſymbolum, quo Chriſtus ſeipſum, manifeſtat, dicendo: *Ego ſum lux mundi.*

## §. 3. Ego ſum lux mundi. *Secundò declarat quid operetur in mundo in quo velut in nocte tenebroſa, liberrimè feræ vagabantur.*

☞ 5. Declarare vult ſecundò Dominus iſto ſymbolo lucis effectum omnino ſingularem, quem operatus eſt in mundo: illuminare ſcilicet animas ſicut corpora ſol. Tractat Origenes illud quod Dauid de ſole pſallit, videtur de illo loqui quem videmus: porrò conijciendo in hunc corporis oculos, animæ oculos in Chriſtum direxerat: *Poſuiſti tenebras & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ: catuli Leonum rugientes, vt rapiant & quærant à Deo eſcam ſibi. Ortus eſt ſol & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Exibit homo ad opus ſuum &c.* Ad veſperam ſol occidit ex cuius abſentia nox ingruit & pallium hoc tenebrarum atque caliginis terræ ſuperpanditur vniuerſæ, ſic vt nec vnus alterum nec ſeipſum quis videat, nec vbi pedem figat incertus tentando progreditur, & aliquando quod ſibi tutum videtur, præcipitium eſt, in quod dilabitur; omnia tenebræ ſunt. His confiſa, earumque præſidio tutò prodeunt animalia prædam ſuam venatura: Vrſus, Leo, Lupus, Vulpes, Colubri, Bufones, Aſpides, ceteraque immunda feraque bruta: cum enim ſuis incloſa fuerint cubilibus omnia ad ſolis occaſum egrediuntur; & velut camporum Domini longè latèque diuagantur. Ex diuino proceſſit ordine, ne per diem egrediantur, ne forte hominibus noceant, & nonnulli credunt hoc accidere, eo quod omnia hominem timeant, in cujus vultu Deus terrorem indidit omnibus illis adorabilem: *Terror veſter ac tremor ſit ſuper omnia animalia & beſtias terræ.* Plutarchus opinatur in Symbolis illud euenire ex quadam inimicitia, qua bruta illa omnia ſolis lucem proſequuntur: etenim offendit ea omnia, eo quod illis naturæ auctor viſum tribuerit adeo debilem ex ſingulari quadam prouidentia, quatenus terram homini, quo tempore ſol ſplendet, liberam totamque dimitterent: *Oculis eorum debilis viſus ineſt, nec poteſt cum forti lumine miſceri.* Viſus illis ineſt infirmus, vnde illis magis conuenit lux lunæ, & ſtellarum minor, quam ſolis maxima: *Ad lumen debilis lunæ vel ſtellarum radium habent proſperi natum.* Nemo non ignorat viſus debilitatem in vrſo, qui non niſi proxima quæque cernit; ſimiliter lupus oculum habet valde tenuem: vnde de illo Poeta canit quòd ſolummodo prodeat, *Nocte ſuper media.* Leo vero contractas breueſque habet palpebras vnde moleſta eſt illi lux clarior: quocirca vt ait Plinius accenſas fugit horretque faces: *Ardenteſque faces, quas quamuis ſæuiat, horret* canit Homerus quocirca D. Hier. *Difficile leo inuenitur in die.*

Margin notes: In c. 23. Leuit. — Pſ. 103. 19. — I. Omnia animalia ad ſolis occaſū foras prodeūt. — Gen. 9. 1. — VIRGI. L. 9. Æneid. — L. 8. c. 16. — In illud Nahum. 3 habitaculum leonis.

Hinc eſt quòd ſicut omnia hæc animantia, ſunt abſcondita quando ſol clarius eluceſcit, ita illo deficiente omnia ſpelæis ſuis egrediuntur, & liberè per arua diuagantur, vt aruorum Domini, rugitus ſuos emittunt, ſe mutuo conuocant ſibique reſpondent quam liberè & intrepidè vagantur, lupi, vrſi, colubri, lacertæ, etiam in ædibus tuis mures quos per totū diem non aduertiſti vtpote tenebrarum ſuarum antris concluſos: ſi verò nox irruerit, prodeunt, ſaltant, currunt, tripudiant, vt exercitus eſſe dixeris innumeros. Hinc ſequitur vt dum diluculo ſuos ſol diffundit radios, ilico cuncta diffugiunt recedunt, diſpareant ſuiſque ſe ſubducant cubilibus. Nam vt horū aliquod venator inueniat ea inſectatus, non paruâ inueſtigare debet ea ſollicitudine, quo fit vt iam homo prodire poſſit liberè, & ad opus ſuum progredi in quo ſe quiſq; per diē exercet victumq; ſibi lucratur & alimentū: *Exibit homo ad opus ſuum & ad operationem ſuam vſq; ad veſperā.* Hæc videmus in hoc mundo viſibili quotidie ſolem operari.

Et in hoc liquidò tibi conſtabit (ſic Orig.) id quod diuinus ille ſol operetur qui de ſe ſic teſtatur: *Ego ſum lux mundi.* Homini in paradiſo ſol occidit ob peccatum, quo factum eſt vt ſuper natura-

Margin note: II. Homo per peccatū tenebras

uerit
ignorātiæ

natura noſtram culparum eruerint tenebræ, quas veras eſſe dixeris tenebras, cum intellectus & animæ ſint caligines, quis ignorantias explicet, quis errores, quis inepcias in quas mortales deciderunt, velut ſine luce populus & inter denſiſſimas obambulans erranſque tenebras? ilico videbis hominem prius ſapientiſſimum oculos habentem adeo pellucidos, vt omnium rerum penetraret naturas, ſubitò tanta caligine offuſum vt poſſe ſe Deum latere ſibi perſuaderet quòdq; illum abſcondere folia valerent arboris: hoc enim ipſe faſſus eſt, dum ait: *Audiui vocem tuā & abſcondi me.* Naſcitur illi filius vocabulo Cain, qui tantis tenebris cæcus inuoluebatur vt imaginaretur Deum ea quæ faciebat non cognoſcere, nec quam viam ingrederetur, vnde dum ab eo Deus quærit vbinam terrarum frater Abel lateret, quem interemerat, ſic illi reſpondet, quid hoc ad me? *Neſcio Domine numquid cuſtos fratris mei ſum ego?* Omnes tam obſcuris implicabantur tenebris vt qui rectam teneret viam, nullus eſſet: *Omnis caro corruperat viam ſuam*: tanta impudentiâ cæci vt Deum impulerint, illos omnes deleret ſic vt aquis diluuij ſubmergeret omnes. Deinde Sodomitas conſidera qui neſcientes quā viam tenerent, aut vbi pedem figerent, tentando progrediebantur, velut illi qui noctibus obambulant, & in incertum vagabantur vt nec ædium ſuarum oſtia inuenirent, tales erant obſcuræ eorum intellectuum tenebræ.

Gen. 3. 10
Gen. 4. 9.

☞ 6. Act. 14. 16.

III. Hinc feræ id eſt dæmones in campum prodierũt

Epiſt. 22. ad Euſtoch. & in cap. 1. Nahum. Ioan. 14. 30.

Diſceſſerat Dominus & ſigulos pro libidine ſua vias ſuas ingredi permiſit: *Dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas* & diuerſis profecti itineribus a vero longius aberrabant. Quô factum eſt vt animalia ferocia liberos habuerint ad prodeundū in campos vt eorum Domini, & quidlibet moliendi facultatem. Illo (ex iudicio D. Hier.) Dæmones ſunt quorum propria ſymbola beſtiæ præfigurant vrſi, leones, lupi, colubri: *Pertranſibunt beſtiæ ſilux catuli leonum.* Innumeræ huius gregis prodierunt ex tartari cauernis beſtiæ: proſilijt leo infernalis Satan, mundum occupauit eiuſque ita ſibi Dominium acquiſiuit vt ore pleno diceretur: *Princeps mundi huius.* In illo morabatur velut in regno ſuo liber & abſolutus Dominus: quælibet enim pro mala ſua voluntate faciebat, & in hominibus operabatur, erroribus delinque mille eos circumueniens, ſicut vt nihil horum aduerterent quaſi populus per offuſiſſimas noctis tenebras obambulans, & ſicut animalia illa, erant hi diuerſi, cum ſicut proſequitur magnus ille cænobiarcha Caſſianus, quidam dæmones ſint, qui ſingulariter excitent ad ſuberbiam, alij ad luxuriam & laſciuiam, ad gulam alij, ad iram alij, ſic quoſdam per hoc vitium, & alios, porrò alios captiuos abripiebant, & hoc ita vt rerum Domini ſe vellent ac iuberent vt Deos & coli & adorari. Cum autem viles illi ſint & immundi, ſeipſos repræſentabant in rebus maximè vilibus, ſordidis, atque immundis, & hoc quidem adeo diligenter, vt hominibus perſuaderent maximè vilia abiectaque terræ Deos eſſe, in quibus ipſi ſe volebant adorari: hoc certè, ſi quid aliud maximam cauſat admirationem.

De hoc ſancti Patres vt integros ita doctos ediderunt tractatus, oſtendentes tenebras quibus homines inuoluebantur: cum ad tantam prolapſi ſint amentiam vt illa adorarent, quæ adorarunt, abiectiſſima, inter illos excellit quem ſcripſit Diu. Clemen. Alexand. Græci inter mundi ſapientiores primi cenſebantur, eratque hoc eorum vulgare axioma reliquas mundi ridere nationes: eo quod aduerterent tenebras quibus implicabantur, ea pro Diis adorando quibus terra non habet viliora, præſertim Ægyptios inter quos diuerſæ nominabantur nationes, vnaquæque iuxta Deum ſuum & idem erat in cæteris mundi nationibus de quibus mirabilem texit catalogum. Quienitæ pro Deo colebant Phagrum piſcem Elephantini alium piſcem nomine Meothon: alios alii piſces Nili fluminis reuerebantur: Thebani ouem. Lycopolitani lupum: Cynopolitani Canem: Mendoſi Caprum; Thebani muſtelam, Troadenſes Mures; Theſſalienſes formicam, quinimo ipſi Arcanienſes muſcam. Vah qualeſ Dij, & alij tales innumerabiles! perſuadebat illis Diabolus volebatque in rebus adeo vilibus & ratione modiſque omnino inordinatis adorari. Dicebat autem illis quòd Deus eſſet de quo bonum promanabat: quocirca rem quamlibet quam repræſentat bonum aliquod producere, pro Deo iubebat adorari. Quocirca (inquit) adorarunt Troadenſes mures: cum enim ab hoſtibus corona cingerentur militari, qui ſagittis illos & arcubus impetebant, mures omnes eorum funes cordaſque corroſerunt, quo factum eſt vt obſidionem ſoluerent. *Quoniam corrodebant cordas arcuum bellicorum.* Hoc facto pariter perſuaſit Ægyptiis tam horrenda abſurda (inquit Palladius) quòd eo tempore quo Pharao ſpirans minarum & cædis Hæbræos inſequebatur eoſque per mare rubrum pone ſequebatur, in quo omnes

IV. Gentiles tenebris obuoluti vanos coluerũt Deos.
*Orat exhortatoria de idolorum vanitate.*

*In Lauſiacam vit. Apollon.*

matas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

maris fluctibus obruti perierunt, quidam Ægyptij domi remanſerunt, nec Rege hac in expeditione comitati ſunt, quidam ob nimios febris calores, alij quia claudi, alij quia vinculis carceribuſque detenti, illis igitur impoſuit Diabolus vt quiſque pro Deo veneraretur illud, quod ſibi fuiſſet occaſio talem euadendi necem; illis igitur præcepit vt febres haberent colerentque pro Deo ſuo, aliis vt greſſuum debilitatem, aliis vt manicis & pedicis quibus conſtricti fuerant ſacrificarent, quia verò Thebanis (inquit Diuus Clemens) retulerunt quod dum Alcmena mater Herculis fœtum gereret in vtero, Parca illi manus contringens periculo exponeret abortus cumque forte illac tranſiret muſtela illam ſoluit, quo factum eſt, vt liberè fœtum mater emitteret, propoſuerunt ideo illam in Deorum albo adſcribere. Quia Theſſalis fabulam hanc narrarunt quòd Iupiter in figura formicæ violauerit Eurimeduſam progignentem Mirmidonem, formicam vt Deum adorandum publica voce præceperunt; & hæc quidem omnia execrandis adeo ac horrendis ineptiis miſcebantur, vt mirari ſatis non poſſimus, qua ratione homines compotes rationis ac iudicij illis vacare potuerint. Idcirco Græci vt ſapientiores omnes has explodebant nationes, naſoque ſuſpendebant tam ſtupenda delitia O ſtultos vos exclamat D. Clem. Alexan. ſi iure optimò vos illos ridetis, cur non magis vos ipſos, qui in eaſdem imo turpiores lapſi eſtis & hæretis impudentiis?

V. Græci ſapientes Deos coluerunt abſurdiſſimos.

Occaſione huius alium texit catalogum Deorum quos ipſi venerabantur, inter quos vigebant Philoſophi quos mundus coluit vt ſapientiſſimos (& fides erat apud eos ſedem fixiſſe Philoſophiam) qui Deos adorabant horrendos adeo ſpurcos & immundos, vt ſi quis illos circumloquendo tantum voluerit exprimere, horrorem excitabit non minimum: Omiſſis enim primariis Diis quibus mundum vt fama ita ſceleribus impleuerant, videlicet Iupiter, Saturnus, Venus, Mars, &c. Athenienſes apud quos Academiæ florebant, pro Deabus adorarunt partes mulierum inhoneſtiores illis vt idolis conſecrantes. Quid plura? euſque aſcendit, vt, ſi credimus Minutio felici in Octauio, illos ad hoc adduxerit vt *Etiam & crepitus ventris* (parcite verbo) *pro Deo habitus fuerit*. Tu iudex eſto, an non mundus tenebris immerius fuerit obſcurioribus? an non feræ illa animalia Dæmones inquam quælibet peragerent, cum in populo omnium calculo ſapientiſſimo ſtupenda adeo ac probroſa introduxiſſent adoranda. Inſuper hoc ipſum Romanis ſcribit Apoſt. Paul declarans à Diabolo in tantas Philoſophos deiectos fuiſſe tenebras vt *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum, & ſerpentium.*

*Vide Pamelium in Cyprian. de idolo. vanitat.*

*Rom. 1. 23*

Aduerte non ſatis fuiſſe Dæmoni hominibus perſuadere, vt creaturas adorarent pulchriores ſolem, lunā, ſtellas &c & aues atque animalia, quæ cæteris pluris habentur, ſed illa quibus mundus non habebat viliora, quæ Spiritus S. dicit *Beſtias ſuperuacuas*, id eſt beſtias, in quibus nihil erat æſtimatione dignum. *Quæ in animalibus erant ſuperuacua*, colubros, talpas, mures &c. Quis credat hominem ratione præditum credere cribrum, murem, lacertum, bufonem, eſſe Deos? Nihil hoc te moueat: illis enim defecit lux, eoſque ducebant, rapiebantque beſtiæ infernales illis perſuadentes omnia, quæcumque volebant. Nec hæc eos credere ſufficiebat illi, inſuper & ad illa ſtupenda cogebat opera quæ ſæpenumero prodit ſacra Pagina: tanto namque mentis furore Deos illos colebant, vt plures de populo Dei illis ſuos litarent filios filiaſque chariſſimas: quinimo illi ipſi carnifices filios iugulabant, eorumque ſanguinem colligentes talibus offerebant Diis ſacrificium acceptiſſimum. Hanc ceremoniam ab ipſis didicerunt gentibus apud quas erat hoc magis familiare ſacrificium ab eo inſtitutum, de quo Saluator teſtatur quod à mundi incunabulis fuſor ſanguinis fuerit & homicida: *Ille homicida erat ab initio*. Heliopoli decreuerat (erat hæc Ægypti metropolis) vt ſibi quotidie tres homines immolarentur, vnus mane, alter in meridie, alter ad veſperum ſacrificium perpetuum. Rhodis in feſto primario ad honorem Saturni Dei mediante menſe Octobri ſacrificium erat ſolenne ex ſanguine humano dedicatum. Apud Lacedæmonios & Charthaginenſes; idem feſtum Deo Marti celebrabatur. Ariſtomenes Rex Deo Ioui feſtum dedicaturus trecentos illi homines obtulit ſacrificium, vt refert Philo hiſtoriographus. Crebro meminimus illius lanienæ, quæ noſtris etiam temporibus fiebat in Mexico, antequam illuc Euangelij lux penetraret, nimirum quòd annuatim Diabolo conſecrarentur viginti millia cordium puerorum puellarumque innocentium. Quis modo non

7.

*Sap. 15. 16.*

VI. Ad actus ferociſſimos diabolus gētiles cogebat.

*Ioa. 8. 44.*

*Vide P. Ludou. Grana p. 4. Symb. c. 10.*

credat

credat Satanam fuiſſe mondi Principem, cum ipſe omneſque Dæmones per mundum liberè vagarentur, facientes omnia quæcumque nequitiæ placuiſſent & pro libitu homines abripientes.

Vnde mirari non ſoleo quando ea video in viris, quos reſpublica ſuſpicit vt prudentes, qualia non faceret amens conclusus ergaſtulo: hic etenim mulierem habens Angelo conferendam in anima & corpore, qua cum viuere poſsit ex animi ſententia atque ſumma mentis quietudine in domo ſua, mulierem affectu diligit inordinato vilem & ſordidam, ſalutem ſuam, honorem, opeſque dilapidans. Alter autem ex paterna ſucceſsione diues qui honeſtè viuere poſsit, illa luſibus exponit & peruigil vt ſpiritus domeſticus duabus aut tribus noctibus illa diſperdit, confuſus quærens quid hodie comedat, cum nihil ſibi ex heſterno ſuperſit,

Pſ. 81. 6. non eſt quòd mireris inquit Dauid: etenim in tenebris ambulant: *Neſcierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant*, & ipſos Satanæ ſer-

2. Tim. 2. 16. uos tradiderunt, vt ait Apoſtolus: *A quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem*, ipſe concitat illos, illos impellit. O miſerum illum & infortunatum, qui per lubrica noctibus incedit & poſt ſe trahit gigantem, qui continuis illum

Pſal. 33. 6 propellit impulſibus. Tales ſunt illi: *Via illorum tenebræ & lubricum, & Angelus Domini coarctans eos*. Per mundum liberè vagabuntur hæc animalia, ad quælibet agenda potentiſsima, atque ad decipiendum aſtutiſsima hoc eſt: *In ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ*. Perpende verbum illud *Pertranſibunt*. Quaſi dicat quòd obambulent liberè ſpatiando, ſicut Domini in ædibus ſuis abſoluti.

Ex his facile capies quomodo Diabolus in mundo tot tantaque ſigna ederet prodigioſa, quibus miſeros homines circumueniebat: tot inquam prodigioſa quæ lectores in ſummam

L. 21. de ciuit. c. 6. rapiunt admirationem, ex quibus multa SS. PP. referunt, nominatim autem D. Auguſt.

VII. Mira per diabolũ introducta. in libris illis quos nemo ſatis laudauerit. Permiſit hæc illis Deus abſcondito ſuo iuſtoque iudicio, illis vtpote qui velut terræ Principes dominabantur quo tempore mundus tenebris illis inuoluebatur. O! ſtupeſco referens id quod in templo Deæ Veneris Dæmon operabatur, quod lampas illuminabat quæ ventis expoſita & aquis numquam extinguebatur, quæ nullo facto oleo nulla cerâ adhibitâ ardebat ſemper, & centenariis luxit annorum: Vnde quotque hoc videbant, Venerem vt magnæ poteſtatis Deam & colebant & adorabant. Erectum fuit templum Diomedi Græco in Apulia circa montem Garganum, quo confeſtim conuolarunt aues vt Cyconiæ circumuolantes, & quicumque græcus accederet eum demulcebant, extraneum autem roſtro crudeliùs impetebant, quo ſignabant ſe Diomedis eſſe ſocios qui in aues ſe tranſmutarant atque ad illum concurrerant locum ſepulchri, quo colerent honorarentque Diomedem. L. 12. de Ciu. c. 16. & 18.

Delphis cauerna viſebatur obſcura nimis Apollini Deo conſecrata: in quam ſi quis caput ingereret, aſtutum vt arreptitius & lymphaticus videbatur, ſecreta quælibet aperiens, & futura prænuntians. Hæc omnia & innnita plura Dæmones moliebantur, quibus miſeros mortales illaqueabant, illis in idolis loquentes atque perſuadentes ſe mundi eſſe Dominos; proinde vt tales eſſe adorandos. In eum finem tot præſtigia excitabant ſtupenda. Porrò quod magis conſideratione dignum eſt (ait D. Aug.) hoc erat quòd hominibus præciperent vt illos talibus obſequiis cultibuſque honorarent, quod niſi facerent grauiter illis minabantur, & ſi facerent ſe hoc acceptò habere ſignificabant. 8. L. 4. de Ciu. c. 11. Vide Lud. Viuez. L. 2. de ciuit. c. 26.

Iterũ D. Aug. quãdo Marcus Coriolanus copiis inſtructus militaribus patriam ſuam inuadebat, obuiam occurrit illi Mater, pectus & vbera demonſtrans, quibus eum puerum educauerat, quibus iram eius temperauit & vrbem ab omni periculo liberauit. Conueniunt cum matre Romanæ mulieres & diabolico inſtinctu templum Deæ Fortunæ conſecrant. Quo iam perfecto cum omnes coram ſtatua præſentes adeſſent, loquitur illis diabolus magnaque lætitiæ ſigna demonſtrans ait: ſcopum attigiſtis, mulieres illuſtriſsimæ in eo quòd feciſtis. Per hoc certam tutamque reddidiſtis veſtram libertatem ſortemque optimam, in quo ſi perſeueraueritis me ſemper habebitis vobis (hoc ſentite) propitium, *Ritè me matronæ vidiſtis riteque dedicaſtis*. Qualiter tunc affectas fuiſſe credis mulieres? quàm tenaciter his dolis irretitas? Quam grauiter turbatos mouit Athenienſes (ſic D. Auguſt.) ſuper quæſtione illa num ciuitas illa conſecranda foret aquarum Deo Neptuno, num ſapientiæ Deæ Mineruæ, quando inexpectatò produxit ex hac parte oliuam, & fontem ex altera; quia verò ex mulierum ſuffragio Mineruæ conſecrabatur: tales in pelago tempeſtates excitabat ſub nomine L. 4. de ciuit. c. 19 L. 18. de ciu. c. de quo Hom præcedenti num 19.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dii Neptuni fluctuſque adeo horribiles, vt totam demerſerit ciuitatem, donec varia inquirerent media quibus Deum ſic infenſum placarent redderentque ſibi propitium. His prodigiis hiſque ſignis quid non perſuaderet Princeps ille tenebrarum?

*Lib 4. de ciu. c. 26.*

VIII. Ludi ſcenici & obſcœni iubentur à diabolo inſtitui.

Nec omittamus cum D. Auguſt. omnino ſingulare, quod fama refert Romæ contigiſſe. Illo præ ceteris dolo orbem diabolus quaſi laqueis tenebat captiuum, obſcœnis ſcilicet quibuſdam repræſentationibus quas in templis ſuis iubebat inſtitui dicebantur autem *Ludi ſcenici*. In quibus grauiora illa crimina repræſentabantur, in quæ lapſus fuerat eorum Deus Iupiter Deorum primicerius, Virgines violans, coniugatas inhonorans, aſſumens mutanſque varias figuras: *Iupiter eorum Princeps* (vt Diuus Gregorius Nazianzenus) *libidinis œſtro percitus ſubinde ſe immutauit, nunc Taurus, nunc Aurum, Serpens, Maritus, Vrſus efficitur* &c. Venus ſuis adulteriis inhoneſta, Mars ſua crudelitate immiſericors, Bacchus ſuis intemperantiis ebrioſus, Vulcanus profanis ſuis fictionibus præſtigiator &c. In iſtis autem ludis obſcœna adeo & turpia committebantur vt ipſæ eorum phraſes horrorem excitent. Florebat tum temporis vile Proſtibulum vocabulo Flora quæ venalem paſſim exhibens corporis formam, non modicas ſibi compararat facultates, harum omnium, dum moritur ſenatum inſtituit heredem, qui illam in album retulit Dearum, ſi Plutarcho, Ouidio, Lactantio Diuoque credimus Auguſtino. Parum hoc erat ſenatui Floram conſcripſiſſe Deam inſuper & eius feſtum inſtituit celebrari per annos ſingulos 29. Iunij & qualis, precor, erat hæc ſolemnitas? conuocabant totius vrbis mulieres impudicas publicèque expoſitas, quas veſtibus ſuis exuebant ad carnem vſque nudas toto ſpectante populo, verba proferentes quæ præter impudicitiam & animi laſciuiam nihil ſpirabant, coram Dea ſua Flora tripudia & choreas exercebant inhoneſtas. Celeberrima atque creberrima erant illa feſta, quæ in honorem Dei Priapi inſtituebantur, cuius hiſtoriam caſtæ ferre non poſſent aures ſi Sacra Scriptura illius non meminiſſet, Deus hic actibus præſidebat inhoneſtis, quem celebrabant inhoneſtis nudiſque partibus virilibus expoſitum: Mulieres autem conuenientes & coram eo tripudiantes accurrebant eas oſculantes & adorantes: Nec hoc familiare erat meretricibus, ſed & maximè illuſtres matronæ, in tantas ſeſe effundebant impudicitias, ita vt huius feſti Principem nominare voluerint ipſam Regis Aſſa matrem vocabulo Maacha, niſi Rex obſtitiſſet; *Matrem ſuam amouit ne eſſet Princeps in ſacris Priapi.* Talia igitur erant illa feſta & ſimilibus repræſentationibus inhoneſta, celebrabantur.

*D. Gre. Naz. Orat. ad Nemeſiū.*

*3 Reg. 15. cap. 13.*

Indicarunt nonnulli, quibus intellectus erat excitatior hæc in ruinam vergere reipublicæ: talibus etenim inhoneſtis actibus omnis à puellis exulabat pudicitia, atque à iuuenibus modeſtia omneſque virtutum actus: qui namque videbat hæc facinora à Diis ſuis patrata, illa vt bona iudicabat prudenterque factum ſe eadem imitari. Quocirca publico edicto ſenatus talia poſt hac fieri interdixit, vtpote bono publico conſenſu ſic expedire. Quid ad hæc diabolus? actutum operario apparet Romano in ſomnis nomine Tito Latino homini prædiuiti, huic præcipit ſenatum adiret: diceretque vt ludos illos reſtitueret quos in honorem Deorum fieri moris erat. Non audet homo hic eodem hoc die mandatum exequi. Nocte ſequenti redit & mandatum ſæuiori præcipit impleri rigore: Quia vero hoc non eſt executus, filius illi morte abripitur intempeſta; tertia nocte idem præcepit terribiles adiungens minas, ſed cum nihilominus vir hic obſiſteret, ſubitò in moleſtam quandam atque terribilem incidit infirmitatem ex qua ad oſtia mortis æger deferebatur. Obſtupeſcit ſenatus tale prodigium, vnde præcipit profanos denuo ludos inſtaurari quadruplici ſolemnitate feſtiuos & præter ſolitum quadruplicatis impenſis: *Tanto ſtupefactus miraculo ſenatus quadruplicatâ pecuniâ ludos cenſuit inſtaurari.* Quis hic non admiretur (inquit D. Auguſt.) conſiderans diabolum non ſolum ad horrendas inſtigare prouanitates, ſed & ad earum ſtabilimentum minas ſupperaddere & punire refractarios?

*Vide P. Ludou. Gran p. 4. ſymb. cap. 10.*

Vnde eouſque peruenit, dicente D. Gregorio Nazianzeno, vt illa feſta dicerentur celebriora, & haberentur ſacratiora, quæ laſciuioribus repræſentabantur impudicitiis, eratque dies ille cæteris feſtiuitate ſolemnior, qui turpibus horrendiſque nequitiis cæteris erat inhoneſtior: *Vitiis etiam ipſis ſacra inſtitutis, alios nimirum atque alios, aliiſque ſceleribus flagitiiſque nobiles atque præpotentes diuinis honoribus afficientes* &c. Qua ratione diabolus hæc efficere potuerunt? quomodo ſic homines vt

*D. Gre. Naz. Orat. ad Nemeſiū ante med.*

ſibi ſubditos excipere? ne mireris: nox erat, illis lux ſolis diuini deficiebat, vnde fera illa animalia vires hauriebant, liberè vagabantur, & cum homines cæci eſſent, eos quocumque luberet abducebant. Proinde dum aliquid vides quod apud gentiles contigit obſtupendum ex reuelationibus, prodigiis, euentibus admirandis, ſimulacra loqui, in eorum altaribus videre terribilia, dęmones ipſos ſigna dare gratitudinis & complacentiæ, minis terrere tranſgreſſores, nil hoc te moueat: Etenim illa dæmones operabantur: quia (cum Diu. Auguſt.) liberi erant, liberèque vagabantur ſicut beſtiæ brutaque noctibus.

IX. Antichriſtus ſigna patrabit prodigioſa. *Matt. 24. 24.*

Similiter tempore Antichriſti ſigna dabunt adeo terribilia atque omnem rationem ſuperantia, vt non pauci fideles fidem ſint eiuraturi; quinimo ſi fieri poſſet & ipſi electi his laqueis innecterentur, vt ait ipſa veritas: ***Dabunt ſigna & prodigia, vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.*** Quid hoc te turbat, quod diabolus ſic miſerè decipiat gentiles, qui numquam Dei cognitionem habuerunt, ſi tempore Antichriſti plures ex illis ſit decepturus, qui fidem habent? & niſi ſingularis diuinæ prouidentiæ interueniret effectus, ipſi ſanctitate primarij in errorem inducerentur: quia prodigia videbuntur obſtupenda ſtatuæ loquentur, videbuntur mortui reſurgere & de tumulis prodire rediuiui horum aſſertores errorum: ſol in meridie obſcurabitur, & media nocte lux apparebit ſplendidiſſima &c. Hæc idcirco fient, quia in illis etiam diebus animalia illa liberè vagabuntur, prout D. Ioann. in ſua declarat Apocalypſi:

*Apo. 20. 3.* ***Poſt hoc oportet illum ſolui modico tempore.*** Inſuper & hinc intelligitur, quomodo fieri poſsit id, quod videmus, in noſtro ſæculo reperiſſe illos qui nouas illas Indiarum plagas detexerunt, in quibus adhuc nox illa durabat infidelitatis: quot viſiones & ſtupenda quæque, quæ in templis idolorum paſſim fiebant: quænam Dæmones hominibus perſuadebant adeo horrenda & contra omnem rationem! ita vt illis imponerent tali illos ſinceritate pro Diis colerent, vt in nullo ex omnibus illis quæ requirebant, negligentes deficerent, etiamſi ſuos peterent enecare filios ſibi chariſsimos & offerre ſacrificium: vt aliàs diximus. Itaque quamdiu mundus illa caruit luce, tamdiu ferocia illa animalia liberè vagabantur.

*§. 4. Apparente luce, diſſipatæ ſunt tenebræ, fugeruntq́; beſtiæ, etiam in ipſa ſynagoga, idololatriæ deditæ.*

PORrò oriente lumine & ſole ſplendente: ***Ortus eſt ſol & in cubilibus ſuis collocabuntur.*** En tibi nunc quid fuerit Chriſtum in 9.
in mundo naſci: ***Ego ſum lux mundi:*** Et facto adimplere quod æternos Per vobis promiſerat: ***Orietur vobis timentibus nomen meum ſol.*** Incipit Vates Iſa. hæc læta mundo nunciare quòd ortus ſit ſol in mundo: ***Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, & habitantibus in regione vmbræ mortis; lux orta eſt eis.*** Dicito mihi, ô vates Sanctiſsime quis eſt lux iſta quæ naſcitur? ***Paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis.*** Quis eſt iſte? Chriſtus: ***Ego ſum lux mundi.*** Proinde quàm primum in ſtabulo naſcitur, mundum incipit illuminare, Iudæos cœleſti ſplendore circumcingens: ***Claritas Dei circum fulſit illos.*** Gentiles autem ſtellâ nouâ, ipſo ſole clariore, quaſi cunctis acclamaret: ***Illuminare illuminare Hieruſalem quia venit lux tua.*** Hac exoriente luce aduerte precor, qualiter bruta fugiant, ſecedant & ad ſua ſpecus ſe ſubducant, ſic vt nullum eorum reperias.

*Malach. 4. 2. Iſai. 9. 2.*

I. Chriſtus vt lux beſtias diſſipauit, id eſt dæmonũ idololatriam. *Luc. 2. 9. Iſai. 60. 1.*

Effectum hic conſidera Chriſti lucis diuinæ ſingularem quàm velociter eius luce conterritæ diffugiant beſtiæ. Quid factum eſt de tot millenis & myriadibus idolorum? vbi nunc tam opulenta tam innumera idolorum templa? in quibus nunc eorum audiuntur oracula? quo tẽplũ illud abiit Serapidis magni Dei Ægyptiorum in Alexandria orbis miraculum? templum Æſculapy in Ægea apud Ciliciam? domus illa Veneris nominatiſsima in Aphaca circa montem Libanum ad oram fluminis Adoni? Inſignia & prodigioſa templa à Romanis extructa, in quibus Dæmones colebantur, & in quibus ſuas petitionis ſuaſque reſponſiones ſumma libertate proferebant, quibus etiam illos decipiebant quibus mundus non habuit ſcientia clariores? *Ortus eſt ſol & congregati ſunt &c.* Quàm primùm ſol ille reſplenduit. Expende myſterium. Quanto tempore noctis illæ tenebræ perdurarunt? Multis horis. Et quanto tempore durauit illarum expulſio, atque beſtiarum exterminatio? Momento temporis. Dum ſol oritur quàm ſubito mundum illuminat vniuer-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſum? *Ortus eſt ſol.* Quanto tempore durarunt in mundo tenebræ? Quanto tartariæ beſtiæ per illam vagatæ liberè? Quanto adoratæ ſunt in templis & idolis? Quinque mille annis. Mutabantur monarchiæ, inuertebantur regna, ſemper nihilominus perſtabat florens Dæmonis imperium: quia ſemper nox erat.

Porrò animaduerte quanto tempore durauerit tenebrarum expulſio quas temporis longitudo ſic confirmauerat, & quanto tempore Dæmonum perdurauit adoratio? Tanto ſolummodo quanto diuinus ille ſol ſuos extendit radios: *Ortus eſt ſol.* Dum Chriſtus naſcitur, claroſque lucis ſuæ radios per ipſos diffundit Apoſtolos:

In Iſaiā. *Ortus eſt ſol. Serapis in Alexandria* (ſic D. Hieron.) *& Marnæ templum Gazæ* (erat autem Marnas Deus Iupiter, quem eo nomine Palæſthini Gazenſes apellabant) *In Eccleſias Domini ſurrexerunt.* Admirabilem facit hic D. Hieronym. de hac re inductionem, quam in hæc verba concludit: *Dij quondam nationum cum bubonibus & noctuis in ſolis culminibus remanſerunt. Vexilla militum crucis in figura ſunt. Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas patibuli ſalutaris pictura condecorat. Iā & Ægyptius Serapis Chriſtianus factus eſt: Marnas Gazæ manet incluſus, & euerſionē tēpli Iupiter pertimeſcit. De India, Perſide, Æthiopia, monachorū quotidie turmas ſuſcipimus, Depoſuit pharetras Armenius, Hunni diſcūt pſalteriū. Scithiæ frigora feruēt calore fidei, Getarum rutilus & flammeus exercitus Eccleſiarū circūfert tentoria,* &c.

II. Zacharias hoc prædixerat.

Hoc vnū ex cæteris operibus Deus diuino illi ſoli ſingulariter reſeruarat per Prophetas ante repromiſſum, Vatem produco Zachariam: *In illa die erit fons patens domus Dauid* &c. *Et erit in die illa dicit Dominus exercituū: Diſperdā nomina idolorū de terra & non memorabuntur vltra, & pſeudoprophetas & ſpiritū immundū auferā de terra.*

Zac. 13. 1.

In c. 13. Zach.

Aduerte (monet D. Cyrillus) hoc operibus cōplerū cū diffuſis lucis Chriſti radiis per Euangelij ſui prædicationē, in tantū ſe Dæmones ſubtraxerint, vt prodigia ceſſarint quæ in templis ſuis operabantur, & ita obmutuerint vt iam non ſit qui vel verbum loquatur. Quocirca Plutarchus Philoſophus gentilis, ſub Imperatore Trayano huius ſtuporem omnium aduertens librum compoſuit, quem inſcripſit *De defectione oraculorum*

☞ 10. III. Similiter & Sophonias.

Singulare omnino fuit illud Prophete Sophoniæ vaticinium, quod ex induſtria expendūt D. Chryſo. *a.* & D. Auguſt. *b. Illuceſcet Dominus ſuper omnes gentes & abolebit omnes Deos gentiū, & adorabunt eum vnuſquiſque de loco ſuo omnes inſulæ gentium.* Sic legunt illi, hoc quod noſtra vulgata lectio ſcribit: *Horibilis Dominus ſuper eos & attenuabit omnes Deos terræ, & adorabunt eum viri de loco ſuo omnes inſulæ gentium.* Ad illa verba diſcurſum ſcribit Euſeb. Cæſarienſis egregiū *c.* impletum illud (ait D. Athanaſius. *d.*) in Chriſto conſidera: *Quemadmodum enim ſole preſente tenebræ nullā vim habent, ſed vbicūque lux circūfunditur, inde continuè profligantur: ita diuino ſuperuentu verbi Dei non iā caligo idololatriæ valorē ſuum habet, ſed quoquò vtique terrarū orbis partes illius doctrina illuſtrantur* &c. *Illuſcet Dominus ſuper omnes gentes,* ait Propheta, & velut lux mūdi illuminabit omnes. Quàm ſapienter edoctus eſt orbis hac luce illuſtratus. Nunc hoc videmus, quod Iſaias videndū prædixerat; *Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientis.* Quàm parum de Deo nouerat mundus? Quàm parū cōprehendit Ariſtoteles? Quā breuis ac ſuccinctus Homerus? Quot Plato docuit errores? Quot ignorantiis inuolutus Cicero? Quàm longè aberrarunt Græciæ ſapientes? Quam amentes extiterunt Philoſophorum Athenienſium anteſignani? Deū non valuerunt cognoſcere nec in ſua eſſentia, & minus in ſuis perſonis, nec quod erat in ſua æternitate, nec qualiter in tempore cuncta diſpoſuerit, nec eius intellexerunt opera, nec myſteria. Quinimo nec hominis cognoſcere valuerunt eſſentiam, nec finem eius ad quem creatus, nec eius beatitudinem, nec boni maliue viam ex integro: *Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt* ait Apoſtol. Alludens ad illud Vatis Hieremiæ: *Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia.* Quid ais? Quid innuis? Illud quod Spiritus S. in lib. ſapient. declarauit, quòd Philoſophi & infideles, quos vt ſapientiores reuerebantur vt oſtenderent ſe tales eſſe, magnos cæperint formare diſcurſus in cognitione Dei contemplati creaturas: verum vt erant tenebris inuoluti & ſuarum merito culparum lux illis iſta cœleſtis deficeret, in eo ipſo, quo ſe ſapientes eſſe conabantur oſtendere, ea de cauſa in amentiam, prolapſi ſunt: quia creaturas conſiderantes, illas in Deo erexerunt mille erroribus ſtupidi quo ad Dei, cognitionem: *De his quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum, qui eſt &c ſed aut ignem aut aërem, aut gyrum ſtellarum Deos putauerunt.*

Sophon. 3. 11. a Orat 2. contra Iudæos tom 5. b Lib 18. de ciuit c. 33. & latius orat. contra quinque hæreſes, & in pſal. 144. c Li. 2. de demonſtra. Euang. de monſtrat 16. d Lib. de incarnat verbi. Iſa. 11. 9.

IV. Philoſophorum ſtultitia in Dei cognitione.

Ro. 1. 22. Hiere. 10. 14.

Sap. 13. 1.

Hoc eſt quod Apoſtolus ait: *Dicentes ſe eſſe* Ro. 1. 22.

*Iſai. 11. 9* *ſapientes ſtulti facti ſunt.* Nunc autem. *Repleta eſt terra ſcientia Domini, ut aqua maris operientis.* Plus in Dei ſcientia profecit anus vetula pauperque paſtor, quàm omnes vmquam norunt Athenienſium Philoſophi. Plura nunc nouit puer triennis quàm tunc tota caneſcentium ſeniorumque ſchola Philoſophorum: In quo completum gaudemus illud eiuſdem Prophetæ: *Iſai. 32. 4.* *Cor ſtultorum intelliget ſcientiam, & lingua balborum velociter loquetur, & plane.* Qua tibi claritate puerulus prope infans, proloquitur: quis ſit Deus, quod eius eſſe, quot perſonæ, qualia ſint eius opera naturæ, gratię, gloriæ? *Velociter loquitur* & quàm dilucidè, & abſque vllis metaphoris? *Et planè.* Quid de Deo non nouit monacha mulier illiterata? Quid intellexit tenera puella S. Catharima martyr inter tantam omnium mundi ſapientium ſtans cateruam? Quid puerulus Iuſtus & Paſtor in conſeſſu ſenatorum ſapientiſſimorum? Iam videmus perfectè exterminatam idololatriam & impletum Iſaiæ vaticinium vt notat D. Auguſt. *Lib. 1. de cōſen. Euāg. c. 28.* *Eleuabitur Dominus ſolus in die illa & idola penitus conterentur* &c. *In illa die proijciet homo idola argenti ſui, & ſimulachra auri ſui quæ fecerat ſibi, vt adoraret talpas & veſpertiliones.* *Iſai. 2. 7.* In illa die clara luce diuini illius ſolis illuminata Dominus ſolus adorabitur vt Deus, & idola prorſus exulabunt: *Idola penitus conterentur.* Proh quanta gratia! Proh quale beneficium! Hæc eſt illa gratia, quam Deus nobis contulit: hoc eſt illud donum, quod lux iſta cœleſtis operata eſt: Hic eſt ille ſui plendoris effectus, adeo eximius, ob quem perpetuas illi referre tenemur gratias, qui nobis hunc tam abundanter largèque diſtribuit: *Semper agentes gratias Deo Patri qui dignos nos fecerit in partem ſortis Sanctorum in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum* &c. *Colloſ. 1. 12.* Quàm ſeipſos vehementer admirabantur ipſi Gentiles hujus diuini luce ſolis illuſtrati, illas intuentes tenebras, quibus antea Diabolus illos habuerat inuolutos! Et quanto pudore confuſi videntes ineptias illas quas illis perſuaſerat faciendas adeo ſtultas? Eo modo quo tu quando te ſpectante, te decipi Ægyptius perſuadetque id facias quod dum attenta reuoluis mente, feciſſe te pudet, quodque in re tam clara ludum tibi fecerit. Fierine poteſt (inquirebant) vt illa pro Diis adorauerimus adeo euidenter aliena nedum ab omni diuinitate, ſed & hominum æſtimatione? Impletur in illis Iſaiæ Vatis oraculum, qui poſtquam dixiſſet qualiter lux illa diuina Chriſtus orietur in mundo, ſubnectit: *Et contaminabis laminas ſculptilium argenti tui, & veſtimentum conflatilis auri tui, & diſperges ea ſicut immunditiam menſtruatæ.* *Iſai. 30. 22.* Quod Septuaginta verterunt: *Et auferes idola deargentata, & deaurata minuta facies & diſperges* &c.

V. Puerorū in Dei cognitione ſapiētia.

VI. Mirabātur conuerſi gētiles, ſe ita in Dei cognitione erraſſe.

Meminit hiſtoria tripartita quod dum Catholicus Imperator Theodoſius mandaret Epiſcopo Alexandrino Theophilo, vt cuncta Gentilium templa peſſumdaret eorumque ſculptilia, quæ multa nimis erant, & variis horrendis atque impudicis figuris expoſita, nec non diuerſis metallis atque lapidibus conflatilia; compleuit Regis præceptum Epiſcopus, omnia in fruſta comminuens & ex metallo ſuperfluo confectæ ſunt mille ſpecies vaſorum, & ollarum in Eccleſiarum obſequium: Porrò ſeruauit integrum atque illæſum Deæ Monæ conflatile, quod aſſeruari iuſsit, locoque publico proponi, ne futuris retro temporibus negare poſſent Gentiles, tales fuiſſe Deos, quos olim adorauerant. *Vide lib. Ludo. Gran. in Catech. p. 1. c. 12.* Recordor autem (inquit Hiſtoriographus) quòd Amonius Grammaticus olim idolorum ſacerdos, à quo Adoleſcens Grammaticam didici, hoc permoleſtè tulerit, & quaſi iniuriam habuerit, nobiſque aiebat: nihil ſic corda Gentilium vlcerare, quàm non confractum idolum Deæ Monæ fuiſſe conſeruatum. Nec illis fieri poterat aut dici aliquid quod grauiori illos rubore confunderet, quàm illos eò ducere, & digito monſtrare: Ecce quem vt Deum adoraſtis: Per hoc enim intelligebant quam extrema fuiſſet illa tenebrarum calamitas, ſic vt illis dici potuerit illud Apoſtoli ad Rom. *Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?* *Rom 6. 21.* O Dei miſericordiam! qui ſic nos illuminare dignatus eſt: *Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum.*

VII. Monas Dea reſeruatur ad memoriam ſtultitiæ gentium.

Hoc igitur opus eſt, inter alia diuini hujus ſolis opera præclariora, illuminare mundum, omnes idololatriæ tenebras exterminando: Opus ſingulare in ſacris litteris reſeruatum, vſque dum appareret ille in mundo, velut proprium virtuti infinitæ Deiq; omnipotentię. Dominus educturus Populum de Ægypto præcipit agni ſacrificium inſtitui &c. Et limina ac poſtes domorum inungi conſpergique agni ſanguine. Morientur inquit Dominus primogenita

Ægyptio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Exod. 12. 12.*

Ægyptiorum: *Et in cunctis Diis Ægypti faciam iudicia, ego Dominus.* Primogenita Ægypti ſunt noſtræ carnis peccata: hæc enim ſunt, quæ primo generat, vel ea quæ regnant in mundo: *Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt.*

*1. Ioan. 2. 16.*

Peccatum deſtruxit Deus euertit & penitus extirpauit. Adeſt D. Hieronym. atque hanc apud Hebræos celebrari traditionem: *Quod ea nocte qua egreſſus eſt populus omnia in Ægypto templa deſtructa ſint ſiue motu terræ, ſiue tactu fulminum.* Et eleuabatur ſolus Dominus: *Ego Dominus.* Ad quæ ait Caietan. *Aptiſſimè ſe nominat ſupremum Deorum à quo omnia habent eſſe, à quo omnia pendent in proprio eſſe, in actione exterminatrice primogenitorum & Deorum Ægypti.* Nec non Hebræorum eſt traditio, omnia Ægypti ſculptilia ex lapide tunc fuiſſe confracta & in puluerem cineremque reſoluta. Conflatilia verò ex ligno omnia diffracta & aperta, & ſicut alia in puluerem reſoluta: Ærea verò liquefacta & fluida euaſerunt inſtar ſtagni. Etenim oſtendere tunc Dominus voluit ſe verum eſſe Deum & omnipotentiæ ſuæ monſtrare virtutem in euertendis omnibus illis idolis finemque imponendo idololatriæ. Argumentum hoc cum ſapienter tum eleganter proſequitur Ludouic. Granat. inſuper ea occaſione multos conſcribit diſcurſus in quibus ille eminet, in quo ventilat illud quod in Iudæis ipſis conſpicimus.

*D. Hier. Ep. ad Fab. de 42. manſ. manſione prima.*

*Caie.*

VIII.
Idola omnia Ægypti egrediente populo contrita ſunt.

*in Catech. p. 4. c. 9. & ſeque.*

IX.
Iudæi onagro ſyluestri conferuntur.

Nulla natio in orbe terrarum ab ipſis mundi incunabulis inclinata magis atque dedita fuit idololatriæ quàm Iudæorum ſynagoga: quamobrem Propheta Hieremias confert amorem, quo ſimulacra proſequebantur onagro ſilueſtri, vltra modum impudico: Tempore namque quo libidine exæſtuat ipſum maſculum femella inueſtigat: Quocirca venatores, cum tanto percita libidinis œſtro procurrat inſaniens, laqueos, illi tendunt deluſumque capiunt. Hic eſt verborum illorum ſenſus: *Vide vias tuas* &c. *Curſor leuis* &c. *Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui. Nullus auertet eam* &c. Vt enim aſina ſilueſtris, quando furore libidinis exardeſcit, nulla poteſt ratione detineri: ſic & ſynagoga inardeſcit in quærendis adorandiſque idolis vt nihil ſit quod eam poſſit procurrentem detinere: non captiuitates, non peſtes, non alia grauiſſima ſupplicia, quibus illam Deus idcirco puniebat.

*Hiere. 2. 23.*

Eandem ob cauſam comparat etiam illam Oſeas vaccæ laſciuienti tauri deſideranti copulam, quem æſtuans cæcaque perſequitur: *Sicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael.* His verbis amorum illum tangit furioſum, quô capiti vitulum adorarunt, qui ſemper eorum inhæſit viſceribus inexterminabilis. Contigit hoc eo modo: Vt enim ait Hieremias, in quolibet angulo, in quolibet monte excelſo & ſub qualibet arbore frondoſa erexerant altaria, in quibus hoſtias Diis ſuis immolarent. Tandem declarat hoc ipſum Deus, ſynagogam ſub nomine meretricis inſimulans: qua nulla dari poterat inhoneſtior: etenim nulli rei grauiorem adhibuit operam, nihil habuit in votis optabilius, nihilque cenſuit ſibi ſuauius, quam idola conquirere, illiſque ſe tradere famulam: & de his varia Scripturæ loca teſtantur.

X.
Iterum vaccæ laſciuienti.

*Oſe. 4. Hiere. 2. 20. Ezec. 16.*

XI.
Deinde meretrici.

Quantamlibet Deus conferret diligentiam, quaſi ſpatio duorum millium annorum, non tamen ab illo amore atque idolorum adoratione ſynagoga deferbuit; veniente autem Chriſto hæc omnia eam manu miſiſſe conſpicimus: Nec enim vllus nunc Iudæus inuenitur idololatra, nec qui conflatilia habeat auri, uel argenti, nec qui vitulos erigat attauorum imitatus exemplum. Quæ huius rei ratio? Quis nemine adhortante, ab illa veteri, quam tantopere ſequebantur, illos conſuetudine retrahit: cum quidquid Dominus egit, numquam eos ad hoc potuerit adducere? Hæc eſt, quam prædiximus, cauſa eo quod diuinus ille ſol taliter mundum illuminarit tamque efficaciter idololatriæ tenebras eliminarit, vt ipſi etiam Iudæi infideles, in hoc fuerint illuminati & præclaram ſanè videmus impletam propheciam, qua Dominus per Prophetam Oſeam ſynagogam ſub nomine adulteræ meretricis alloquitur: *Dies multos expectabis me. Non fornicaberis, & non eris viro ſed & ego expectabo te.* Quaſi dicat, id quod ad litteram in ſynagoga videmus impletum, quæ ſemper Meſſiam præſtolatur, ſimiliter & Deus illam, diſponens, vt eius non deleatur generatio, Non eſt cum legitimo ſponſo ſuo Deo: *Non eris viro.* Quia illum abiurauit, ſed nec adulterijs proca polluitur, id eſt idolis: his enim omnibus nuntium remiſit. Itaque nec legitimo gaudet marito Deo ſcilicet vero nec voluptate fruitur, quam olim ex idolorum hauriebat adoratione, quæ tanto colebat affectu & libidine vt ab eis nullatenus auelli potuerit, hæc omnia diuino adſcribamus ſoli, qui proinde iure merito dicere poteſt, *Ego ſum lux*

XII.
Adueniente Chriſto nullus inuenitur Iudæus idololatra.

*Oſe 3. 3.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

O quanta hæc miſericordia! Ea de cauſa perennes illi ſoluamus gratiarum actiones: *Semper gratias agentes* &c. *Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum.*

### §. 5. *Lux dicitur mundi: cum non tantum lucem ſuam extendat ad Iudæos, ſed ad omnes mundi nationes.*

☞ II. Orat. 2. contra Iudæos. Ioan. 1.

LVx mundi. In hoc ipſo opere, quod diuinus ille ſol operatus eſt conſiderat D. Chryſoſt. & aliud quod Dominus fecit dũ de ſeipſo dicit: *Ego ſum mundi.* Et ipſũ eſt quod D. Ioa. in exordio ſui Euangelij propoſuerat, *Illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ:* Lux mũdi quę omnes mundi mortales illuminat. Occidit ſol, quãdo homo peccauit. Mundus enim (id eſt humana natura) in nocte manſit tenebroſa. Verũ quia iuſtũ non erat, vt Deus nihil in illo haberet, locum ſibi delegit anguſtum & paruum velut exiguum cubiculum ad quod ſe reciperet. Hoc autem populus erat Iudæorum

Pſal. 75. 2.

de quo cecinit Dauid: *Notus in Iudæa Deus:* cæteras omnes nationes in nocte tenebroſa atque tenebris dereliquit inuolutos, vt ante diximus. Hoc eſt quod ait Apoſt. ad Lycaonienſes, dum illis exponit tenebras, quibus tenebantur obſeſſi:

Act. 14. 15.

*Qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas.*

I. Deus prius domũ Abrahæ illuminauit.

Elegit ſibi familiam Abrahæ eiuſque poſteros, & hos quidem non omnes ſed eos ſolummodo, qui rectâ lineâ deſcenderent ex Iſaac & Iacob, quibus lucem ſuam communicauit: Cæteras autem nationes dimiſit vt ſuis vacarent, frænaque darent cupiditatibus, & ſicut, qui in tenebris ambulant, in horrenda corruerũt pręcipitia, vt antea vidimus. Hic ſolũmodo populus luce fruebatur amæniori. Hoc eſt autẽ illud

Pſ. 147. 19.

beneficiũ quod tantopere Dauit exaggerat: *Qui annuntiat verbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis.*

Sap. 17. & 18.

Neruoſe perpendit Salomon beneficium illud, quò Dominus populũ dignatus eſt inter Ægyptios captiuũ: Dũ enim obſcurioribus terra Ægypti tenebris obnubilabatur, ſic vt palpabiles eſſent

Exod. 10. 22.

(*Tenebræ tã denſæ vt palpari queant. Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ægypti*) quibus percuſſi miſerabiles Ægyptij in mille præcipitia caſuſque corruebant: Solummodo in anguſto illo loco, in quo morabantur Iſraeliæ lux effulgebat illique tantum illuminabantur: *Vbi habitabant filij Iſrael lux erat.*

Id quod factum eſt in luce illa corporali, factum eſt & in ſpirituali. Cum enim mundus velut Ægyptus perturbata tenebris inuolueretur caliginoſis, ſuo tantum populo Deus ſuam cõmunicabat lucem eumque illuſtrabat: Vt autem Chriſtus in mundum venit, orbem illuminat vniuerſum: *Ego ſum lux mundi.* Hæc lux non terminis Iudææ concluſa tenebatur; quinimo prodit ſeque extendit, velut lux ſolis, ab oriente vſque ad occidentem, complens illud Patris cæleſtis oraculum: *Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ &c. Reges videbunt & conſurgent Principes* &c. Nimis hoc tibi, fili mi, exiguum eſt, reparatorem te eſſe tribuum Iſrael, quæ in Ægypto corruerant: Ad hoc enim miſſus eſt Moyſes atque ad hoc acceſsit Ioſue, qui illos introduxit in terram promiſsionis heredes: Et hoc ſimiliter Dauidi commendatum eſt vnicè earum gubernatori ad hoc à Deo electo: *Paſcere Iacob ſeruum ſuum & Iſrael hereditatem ſuam.* Totum oportet te mundum à caſu in quo totum genus humanum detinetur, erigere. Opus quippe proprium hoc eſt diuinæ omnipotentię nec non ſpargere oportet te lucem nedum per ſolam Iudæam. Sed per orbem vniuerſum. *Vſque ad extremum terræ.* Quatenus Reges ac Principes, qui cum populo ſuo cæca illa idololatriæ nocte opprimuntur ex hoc tandem miſero reſurgant infortunio, ac cognoſcant te, teque adorent: *Reges videbunt & conſurgent Principes & adorabunt* &c.

Iſai. 46. 6.

II. Impletur Iſaiæ vaticinium.

Pſ. 77. 71.

Habes hic (inquit D. Chryſ.) id quod per Prophetam Sophon. prædixerat & paulò ante tetigimus: *Illuceſcet Dominus ſuper omnes gentes &c. Et adorabunt eum vnuſquique de loco ſuo.* Quãdo completum eſt illud? Quando Dominus noſter Chriſtus venit in mundũ: Hoc enim eſt (inquit quod Apoſt. eius declarauit Paulus:) *Apparuit ſiue illuxit gratia Saluatoris noſtri Dei omnibus hominibus.* Confert propheticã Euang. Id quod Propheta ſpondet futurum: *Illuceſcet Dominus ſuper omnes gentes* illud tibi oſtendit impletũ Apoſtolus Euãg. *Illuxit gratia &c. hominibus.* Per totũ terrarũ orbem quaquauerſum ſuã diffindit lucẽ. Audi (monet idem) qualiter illud per alterum explanet Prophetã *Accipiam facies veſtras, dicit Dominus. Quoniã ab ortu ſolis*

Sophon. 2. 11.

Tit 2, 11.

Malac. 1 10.

vſque

III. Similiter & Malachiæ.

*vſque ad occaſum nomẽ meũ glorificatũ eſt inter gentes, & in omni loco ſacrificium offertur nomini meo.* Perpende cũ D. Chryſ. Quod olim Deus ſe receperat ad Iudæos. Illis ſolummodo lucẽ ſuã communicabat, & ab eis tantummodo colebatur, idq; in tam anguſto loco, vt illi tantum in templo liceret offerre ſacrificia nempe Hieroſolymis: Ibi tantũmodo erat candelabrũ lucis, ibi eius altaria, ibi eius ſacrificia: Nunc autẽ audis illũ nobis aſſerentẽ *Ego ſum lux mundi*. Etenim lucẽ ſuam per totam diffundit terram, vbilibet adoratur, vbilibet cognoſcitur, & in omni loco mundum ſanctumq; illi offertur altaris ſacrificium: Vbilibet ſua habet altaria, ſuaque templa, non opus eſt proficiſci in Hieruſalem: *In omni loco offertur nomini meo oblatio munda*: ſic ait per Vatem Malachiam: *Vnusquisque adorat de loco ſuo*, ſic per Sophoniam loquitur. In omnibus mundi prouinciis, & in qualibet prouincia in omnibus locis: Et in quolibet loco in multis Eccleſiis ac Parochiis; vnuſquiſque in ſua: *Vnusquisque de loco ſuo*. In qua libet Eccleſia in multis altaribus, & in quolibet altari ſæpius. Videte num amplius ſe lux illa poſsit extẽdere. Perpende ex D. Chryſ. quam eleganter hoc dicat Prophesa, dum ait: *Ab ortu ſolis vſque ad occaſũ*. Non ſatis illi erat dicere in omni loco: *Sed ab ortu ſolis vſque ad occaſũ. demonſtrans quod quantũ terræ ſol aſpicit, tantumdem Euangelium eſſet occupaturum*

Malac. 1. 11.

☞ 12. Conſideres velim quàm illud exactè diuinus ille ſol impleuerit, quando Apoſtolis ſuis iniunxit, qui radij erant, in quibus & per quos lucem ſuam cõmunicabat. *Euntes in mundum vniuerſũ prædicate Euangeliũ omni creaturæ*. Per hoc mundum intuere illuminatũ: Reges etenim ac Principes omnes exſurgũt audiẽtes ac honorãtes nomen Chriſti quem & agnoſcunt & venerãtur: *Reges videbunt & conſurgent Principes* &c. In mentem tibi veniat (monet D. Aug.) hoc ipſum à Dauide prædictum: *Confiteantur tibi Domine, omnes Reges terræ quia audierunt omnia verba oris tui*. Aurem præbuerunt, ô Domine, faciem verbis tuis Principes & omnes terræ Reges, ad omnium oculos lux illa tua penetrabit, cunctique te vt Deum agnoſcent.

Marc. 16. 15.

In pſal. 137. 4.

Pſal. 137. 4.

IV. Allegoria de vellere Gedeonis.

Recordare cum eodem D. Auguſt. ſingularis illius ſtratagematis quo Deus vſus eſt ſub duce Gedeone: Expandebatur enim in area ſpatioſa velut ora maris, vellus, & ecce prima nocte ros in illud cecidit cœleſtis totumque madefecit, area verò ab omni manſit rore infœcunda: Cęterum paulo poſt ſuper eam cecidit cœleſtis ros, ita vt omnino rore compluta madeſceret: Ne crediderit hæc à Deo patrata, quę referre videntur iocos, ſine pręclaris myſteriis atque eximiis ſacramentis; voluit autem per hoc, id quod modo diſputamus exponere. Erat Iudæa velut vellus in huius mundi ârea expanſum cui tantum ſupercecidit ros. In Iudęa tantum doctrina erat, lex, Prophetæ, ſacrificia, dona, Sancti: Mundus autem totus exâruerat. Modo tranſiit illa nox, cadat ros & per totum ſe diffundat mundum & lux, doctrina, ſacramenta, Chriſtique viuifica virtus vt veri ſolis, per omnem ſe terram longè latèque diffundat: *In mundũ vniuerſum tota aqua, totus ros, tota doctrina abscondita erat in vellere in Iudæorum populo: Ideoq; non omnes Reges terræ audierunt. At venit tempus quando reuelatur pluuia in area manifeſtata eſt non operta, expreſſũ eſt vellus, exiit pluuia*. Egreſſus eſt ſol, eiuſq; cognitio ad omnẽ peruenit areã, atq; per totũ mundũ radii Euangelij ſe latius extenderũt: Idcirco *Cõfiteantur tibi Domine omnes Reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui*. Plaude manibus: Mundũ vides illuminatũ: *Ego ſum lux mundi*.

D. Aug. Tom. 8.

V. Allegoria de candelabro aureo.

Ni fallar, ſpectat Dñs candelabrũ illud, quod Moyſes Deo iubẽte in tabernaculi cõflauit obſequiũ. Citat illũ, præcipitq; faciendã arcam, propitiatorium, Cherubinos, menſam panum propoſitionis, nominatim autem candelabrum: Plena ſunt hæc omnia myſteriis, quæ ſubtiliter exponit Theologiæ ſol D. Tho. Candelabro ſoli inhæreamus. Non vult Deus, nec expedit quidem, vt tabernaculum eius obſcurũ ſit & tenebroſum, vtq; miniſtri in illo ſeruientes ſine luce, & caligine offuſi progrediantur. Quocirca, Moyſi præcipit vt candelabrum efformet ex auro puriſsimo cum ſuo haſtili, ſicque diſponat vt ſeptem effingat lampades opere affabre expolito, quæ ordine ſuper candelabrum exponantur, ſintque illæ quæ luce ſua colluſtrent tabernaculũ: *Facies & lucernas ſeptẽ & pones eas ſuper cãdelabrũ, vt luceãt*. Dñe quæ hęc tua eſt diſpoſitio? Præcipis efformari cãdelabrum ſed nec vis vt illud ipſum ex ſe lucem emittat ſed per lucernas illi ſuperpoſitas? An aliquod hic latet myſterium? Vtique & quidem eximium Candelabrum hoc Chriſtum præferebat redemptorem ex auro mundiſſimo: Eſt etenim verus Deus: nam aurum veræ ſymbolum eſt diuinitatis, vt notat D. Cyrill. Ipſe eſt qui cunctos in Dei ſcientia illuminat, eiuſque

1. 2. q. 102. art. 4. ad 6.

instruit

inſtruit myſterijs, vt dicendum: Antiquitus autem non per ſemeipſum illuminabat, ſed per lucernas, id eſt, per Patriarchas, Prophetas, ac Doctores, quos in populo illo propoſuerat. Atque fuiſſe ſeptem; Numerus eſt hic in ſacra pagina frequens quo multitudo deſignatur vniuerſalis (teſte D. Greg.) vt totum comprehendat tempus quod ſeptem hebdomadæ diebus voluitur. Sicut etiam præcepit, vt ſeptem columnas elaboraret ad domus ſuæ fulcimentum, quò multitudinem deſignauit Doctorum, quos in Eccleſia ſua ſtatuit, quorum auxilio, ne corruat, illam ſuſtentat Lucebant illæ lucernæ huic innixæ candelabro; etenim omnis earum lux ab illa dimanabat, quam illis Dei filius qui fons eſt lucis communicabat, & quia ille ipſe erat, in quo quidquid dicebant, & docebant, fundabatur: Etenim nihil aliud præter eius diuina myſteria atque ſacramenta reſonabant, prædicabant, docebant: *Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent*. Congruenter vt lucernæ depinguntur; Etenim lux lucernæ non eſt toti mundo generalis, nec toti Ciuitati, ſed tantum vni cubiculo vel alicuius domus atrio ſingulari: Talis erat Prophetarum & prædicatorum lux antiquorum: tantum enim domum illuſtrabant Abraham, & hanc non totam, ſed tantum poſteros ac nepotes Iſaac & Iacob: intra hos parietes lucebant, quocirca illud tantum cubiculum illuminabatur: reliquum autem mundi caligine obductum obſcurum erat. Nunc autem ipſum illuminat candelabrum, & ait *Ego ſum lux mundi*. Illi lucernæ erant, & luce fulgebant adeo limitata, vt terminos non præterirent Iudææ: Ego autem, cui ſic Pater cæleſtis: *Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ*.

Act. 10. 43.

Iſai. 49. 6.

13. Hoc eſt quod ait Apoſt. ſcribens Iudæis: *Multifariam multiſque modis olim loquens Deus Patribus in Prophetis*. Illuminabat Deus multifariam per Prophetas: Ipſe illuminabat verumtamen non per ſeipſum. Modo verò *locutus eſt nobis in filio*: Ea autem differentia, quæ eſt lucis lucernarum ad ſolis ſplendorem, eadem eſt lucis, quam per ſe ipſe diffundit & eam quam per Prophetas ſuos: etenim illi velut lucernæ tantum angulum illuminarunt: Ille vero vt ſol mundum vniuerſum: *Ego ſum lux mundi*. Egregiè hoc declarauit D. Zacharias glorioſi Ioan. Bap. Pater, quando poſt nouem menſes, quibus linguam habuit mutam

VI. Chriſtus vt ſol totum illuminat orbem.

& ligatam, ipſam Patri Baptiſta ſoluit, vt Deo pro recepto hoc beneficio gratias ageret, compoſuit autem cecinitque illud canticum: *Benedictus Dominus Deus Iſrael*. Quid fecit? *Locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius*. Illuminauit, docuit, & locutus eſt per os Prophetarum ab exordio ſæculi. Perpende verbum illud *per os Prophetarum*. Plures fuerunt Prophetæ, ſed non niſi vnum os habebant: quia eodem omnes locuti ſunt idiomate, vnam eandemque veritatem in ordine ad Chriſtum, vt alias diximus. Conſidera lucernas omnes vni inhærentes candelabro. Magnum ſanè fuit hoc beneficium: Verumtamen ſit ille benedictus qui lux eſt per eſſentiam, ipſe qui modo ex ſua miſericordia venit ipſe factus ſol, lucem diſperſurus: *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri in quibus viſitauit nos oriens ex alto*. Nomen hoc *Oriens* non eſt participium ſed nomen quod orientem ſignificat, nomen quò Deus Vati Zachariæ notanter præſignauit Chriſtum fore appellandum: *Adducam ſeruum meum Orientem. Ecce vir Oriens nomen eius*. Appoſitè hæc loca conſiderant D. Greg. a. Item D. Thom. b. Et idem planè eſt quod ſol qui in oriente apparet quando primum eluceſcit, mundum illuminaturus vniuerſum.

Luc. 1. 70.

VII. Vocatur Chriſtus vir Oriens.

Zach. 3. 8

Zach. 6. 12.

a Lib. 20. Moral. ca. 20. & 21.

b 1. 2. q. 84. ar. 3. ad 3.

Gratiæ referantur infinitæ pro tali dono, quod nobis apparuit oriens vel ſol in oriente: Sicut enim dum ſol hic corporalis exoritur cunctas procul abigit terræ tenebras ſic diuinus ille ſol apparet nobis vt illas exterminet quæ totam quaquauerſum naturam occupant humanam: *Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent*. Optimo iure tanti memor fauoris Deo reddit gratias, vt inſtruat nos quam ſtrictè teneamur & nos, perpetuas & immenſas in tam ineffabilis beneficij gratitudinem actiones referre gratiarum: Æſtimabat autem Deus tanta gratitudine dignum eſſe beneficium, quo populo ſuo ad ortum ſolis manna conceſſit, vt voluerit ante ſolis ortum omnes de ſtrato ſurgerent, atque expectarent primum lucis radium cum multa gratiarum actione, adoraturi eumque honoraturi, qui tanto illos beneficio cumulabat: *Oportet præuenire ſolem ad benedictionem tuam & ad ortum lucis te adorare*. Hæc verba ſumpſit Angelicus Doctor pro fundamento vt noſtram nobis oſtenderet obligationem maiores illi referendi gratias, ſole hoc in mundo exoriente:

Sap. 16. 28.

cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum lux eius infinities magis conducat ad eliminandas de mundo tenebras. Quantas & quàm perpetuas illi gratias, referre oportet illaque ſemper verba ore proferre ſenioris Tobiæ: *Benedico te Deus cœli quoniam illuminaſti, mi & ecce video.* Sed hęc aliàs.

### §. 6. *Tertio declarat hoc nomen, qua ratione Chriſtus quodlibet in ſe bonum contineat, & ad quodlibet concurrat.*

14 c. 4. de diuinis nominibus.
EGo ſum lux mundi. Dum ſe Dominus ſolē appellat mundi, tertium nobis exponit: nēpe quod ipſe ſit, qui operatur, producit, ac facit quidquid in illo boni patratur. Sol vt notant Philoſophi & aduertit D. Dion. Duo cō-
I. De ſole duo prædicantur.
plectitur. Primùm, quòd in ſe omnes cōtineat perfectiones, quas ea omnia habēt quæ in mūdo viſibili habent eſſentiā. Secundum: quòd ipſe ſit, qui eas producit & per quē omnia habēt eſſentiam. Aurum, argentū, metalla, gemmæ, margaritæ, ſmaragdi fructus arbores animalia, aues:
In c. 1. Eccl. l. 4. in Gen.
Ita vt non ſit in mundo potentia ad producendum vel minimam herbulam, niſi virtute ipſius interueniente. Idcirco credunt D. Hieron & Abbas Rupertus illum à Spiritu S. animam
Eccl. 1. 6.
vocari ſoriſ itumque mundi; dum ait: *Luſtrans vniuerſa per circuitum pergit Spiritus & in circulos ſuos reuertitur,*
II. Sol dicitur anima mūdi
vt enim eſt anima eorum omnium principium, quæ in ſe fiunt & illa hæc omnia producit in cunctis corporis ſui partibus, videt in oculis, audit in auribus, olfacit in naribus, guſtat in lingua, ambulat in pedibus, operatur in manibus, imaginatur in cerebro: ſic & ſol ille in terræ venis producit metalla, in conchis margaritas, in aquis piſces, aquas in aere, arbores in terra, fructus in arboribus, nec quidquā producitur, ad quod virtutis eius non cōcurrat influxus. Idcirco cecinit Rex & Vates:
Pſ. 18. 7.
*Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Hoc opi-
L. 4. de ciuit. c. 1.
nor indicarunt Philoſophi quos refert D. Aug. & eius Scholiaſter. Dixerunt enim mūdum eſſe
In c. 1. Eccl.
quid animatum, cuius anima ſol eſſet. Eo ſenſu intelligit D. Hier. hoc quod Poetarum primi-
Lib. 6. Eneid. de ſole.
pilus cecinit Virgil.

*Spiritus intus alit totamque infuſa per artus*
*Mens agitat molē, & magno ſe corpore miſcet.*

Ex hoc ſecundo primum ſequitur quod diximus, quòd omnes ſol hic creaturarum omnium in ſe contineat perfectiones: ſi namque illas det & cauſet, & illas oportet vt habeat: *Nemo enim dat, quod non habet.* Habet illas in ſe vnitas in eſſe longè eminentiori, quàm illud, quod creaturæ in ſeipſis habent: prout dicunt philoſophi, ſicut in cauſa æquiuoca & ſuperiori, hoc eſt ſine illis imperfectionibus, quas illæ in ſeipſis habent: non enim grauat ſicut metalla, non moritur ſicut viuentia, non putreſit ſicut fructus, non corrumpitur ſicut animalia, non areſcit ſicut plantæ, non flacceſcit ſicut flores, non alteratur ſicut elementa, non inueteraſcit cum tempore, ſicut alia ſubiecta tempori: in vno ſemper eſt conſtans eſſe, cuius nec vigor imminuitur, nec qualitates alterantur, nec virtus vel in minimo deficere cognoſcitur.

III. Hæc duo Chriſto conueniunt.
Hoc dato, perpende quod Chriſtus Dominus voluerit ſe ſolem mundi cognominare vt de illo hæc duo intelligamus. Primum: quòd omnium in ſe complectatur perfectiones. Secundum: quod ipſe ſit, qui illas producit & per illum eſſe habent omnia, quæcumque eſſe patiuntur. Habes hic (ex mente D. Auguſt.) qualiter D. Ioan. exponat id quod pro fundamento ſtatuit ſui Euangelij, nec non duo illa quæ de Verbo
Ioan. 1. 3.
protulit æterno: *Omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt in ipſo vita erat.* Primo: verba illa ſecunda. *Quod factum in ipſo vita erat.* Quaſi dicat quidquid factum eſt & eſſe habet, & omnium eorum perfectiones quæ ſunt in ipſo cōtinentur ſed modo eminentiſsimo: quia hoc quod in ſe eſt corruptibile, deficiens & mille paruum imperfectionibus, eſt in illo modo eminentiori abſque vllo imperfectionis genere: quia quidquid in ipſo eſt, vita eſt. In ipſo ſunt Angeli, cæli, ſydera, elementa, viuentia, mineralia, aurum, argentū, gemmæ, lapides pretioſi, animalia, & quęcumque tandem eſſe habent. Omnia hæc ſuas habēt perfectiones particulares, vnumquodque ſuas, verumtamen nullum eas adeo puras, vt ſuas non patiatur imperfectiones. Angeli in eſſe ſuo limites norunt & in intelligendo ac volendo mutationes: cæli corpora ſunt diuiſibilia, elementa corrumpuntur & alterantur, viuentia moriuntur, lapides pretioſi diſſoluuntur &c. Nec vlla eſt creatura quæ eo ipſo quod eſt, non aliquem patiatur defectum. Omnia hæc in ſe concludit modo eminentiſſimo qui eſt, demptis omnibus imperfectionibus in vna diuinæ vitæ eſſentia: *Quod factum eſt in ipſo vita erat.* Quæ vita? Vita quæ lux eſt, *& vita erat lux.*

Hinc ſequitur, cum Chriſtus Dominus tantas in ſe poſſideat perfectiones, vnum nomen non poſſe ſufficere ad illas exprimendas: vnde ad ſignificandum & declarandum quis ſit Chriſtus, varia dederunt illi nomina: *Etenim vnicum non ſufficit ad plenè ſignificandum Chriſtum* ita D. Thom. ſigillatim eorum declarat myſteria quæ Dominus Moyſi facienda præcepit: numerantur autem hæc arcana, candelabrum, altare Thymiamatis, menſa propoſitionis panum, aliaque multa quæ ſacer textus commemorat. Vbi animaduertendum quod Deus ad denotandum figurarum legalium imperfectiones, ſtatuerit vt in templo multa eſſet figurarum varietas illæque omnes Chriſtum præfigurarent.

1.2.q. 1.1 a. 4. ad 6.

IV. Chriſtus ob perfectioné ſuam varijs præfiguratur.

Primò præſignatus eſt in propitiatorio vt enim ait Apoſt. D. Ioannes: *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris*. Et conuenienter miraque proportione ſuſtinent Cherubini propitiatoriũ, quod vt credit D. Thom. ſuper arcam eminebat, illud Cherubini ſuſtentabant, erantque ſicut Dei ſedes eorum brachia, arca verò velut pedum ſcabellum. Quo circa noſter opinatur Caietanus, quod quamuis propitiatorium eſſet ſupra arcam, non tamen eſſet eius coperculum ſed quòd arca ſuum haberet particulare; ſic notat Spiritus S. *Quia ſcriptum eſt: adorent eum omnes Angeli Dei.* Similiter per arcam Chriſtus notabatur: vt enim erat arca elaborata factaque de ligno Setin puriſſimo atque incorruptibili: ſic & ſanctiſſimum Chriſti corpus formatum credimus ex ſanguine ſanctiſſimæ virginis Mariæ puriſſimo, & de membris figuratum puriſſimis atque ob omni corruptione liberrimis. Erat autem arca deaurata intus & foris, vt aureus Carbunculus; eſt etenim aurum charitatis ac ſapientiæ ſymbolum; ambo namque hæc per aurum indicantur; vt autem oſtenderetur, quòd Chriſtus: *Plenus erat Sapientia & Charitate*: Id circo mandauit Deus, vt arca quæ figuram eius præferret, circumquaque auro tegeretur. In arca ſeruabatur vrna aurea in qua erat manna, & virga Aaron: etenim in corpore Chriſti ſanctiſſimo latebat anima eius ſanctiſſima, cum manna id eſt, cum tota plenitudine omnigenæ ſanctitatis illuſtriſſima & adornata thesauro illo diuinitatis inæſtimabili: ſimiliter erat in arca virga Aaron ſacerdotalis in, Chriſto ſignum poteſtatis: fuit etenim ſacerdos: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Nec non in arca teſtamenti tabulæ continebantur, vt ſignificaretur Chriſtum Dominum fuiſſe legiſlatorem.

1. Ioan. 2. 16.

He. 1. 6.

Pſ. 109. 6.

Deinde prænunciatus fuit in candelabro aureo, quod templum illuminabat, Eo quòd de ſeipſo dicat: *Ego ſum lux mundi*: per ſeptem autem ſpicas & candelabri lucernas ſeptem notantur dona Spiritus S. quibus dotatus fuit Chriſtus ampliſſimè. Vlteriùs, in menſa panum propoſitionis præfigurabatur eſt etenim cibus animæ ſpiritualis. *Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi.* Non prætereamus quod Chriſtum prædixerint duo templi altaria: nempe holocauſtorum & Thymiamatis ſecundum id, quod per illa nobis voluerit exponere, quòd opera noſtra bona per Chriſtum Deo offerre debeamus: ſiue illa ſint opera mortificationis ac pœnitentiæ, quibus carnem noſtram mortificamus & opprimimus, quod idem eſt ac ſi illa Deo in altari ſacrificemus holocauſtorum. Siue ſit ea quæ diuinæ litamus maieſtati ſecundum quod maiori prædita perfectione animam oſtendunt ex quâ procedunt, maiori cumulatam perfectione ſpirituali, & cum eiuſdem theſauro omnes ſuos in Chriſto conſecrat Deo affectus, velut in altari Thymiamatis iuxta illud Apoſtoli: *Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo* Hic liceat nunc videre an tantæ tamque excellentes perfectiones, quales illæ ſunt, quas futuras in Chriſto hæc omnia præſignârunt, quæ Moyſes ex Dei præſcripto compoſuit, congruè rationem declarent, cur Chriſto tot tantaque nomina adſcribantur

He. 13. 15.

Monet nos ſapientiæ exemplar Salomon, nihil inter illa, quæ noſtris ſubiacent oculis, eſſe purius, eſſe mundius ipſa luce, quæ nec in aqua madeſcit, nec in carbone maculatur, nec in igne crematur, nec in arbore reſcinditur &c. *Nihil inquinatum incurrit in eã.* Quidquid eſſe habet in diuino cõtinetur Verbo, ſed cũ ſumma puritate & ſupremo eſſe vitæ, quæ lux eſt. Neſcio quò meliùs declarẽ illud niſi illo ſymbolo, quo præfatus Salomon diuinum hoc Verbum appellarit; *Speculum ſine macula.* Statue ſpeculum in hoc altari, quidquid in Eccleſia diſperſum eſt ac diuiſum, illud ipſum videbis hîc vnitum. Eſtis hîc vos, & ego ſum, & altaris ornamenta, acu-picta, & pallium quod geris, & catellus qui hac & illac diſcurrit, imo & ipſi vermiculi ac muſcæ quæ circumvolantes non paruã tibi ingerunt moleſtiam: omnia hæc in ſpeculo vniuntur & in eſſe excellentiori quam habẽt in ſe, & abſq; vllis imperfectionibus, quibus inquinantur: hic ete-

V. Nihil luce purius. Sa. 7. 26.

VI. Deus ſpeculo comparatur.

nim

enim nec muſca eſt ſordida, nec vermis putriſcens, nec ornamenta acu picta habent corpora litatem, nec tuum poteſt reſcindi pallium, nec etiam ipſa tua facies formoſior rugas illas habet rubeas ſuppoſititias quæ deradi poſſent nouacula, nec aurum grauat, nec argentum occupat locum. Et hæc omnia quamuis in ſe diſperſa ſint, illa tamen in exiguo adeo ſpeculo inſtar vnguis vnita conſpicies. Quod ſi hoc in partes confregeris, in qualibet particula hæc omnia conſpicies. Rem hanc admirantur Philoſophi ſubtiliores, qui ſemper diſcurrunt nec valent cauſam intelligere, nec modum quo hæc fiant.

VII. Similiter & pupillæ oculi. Profundiùs hoc punctum penetremus, quos ipſos conſiderantes. Aſcende in altare hoc, & videbis quod quæcumque in hoc templo ſunt, futura ſint in tuorum pupilla oculorum. Aſcẽde in montem & tota planities apparebit in pupilla oculi tui licet adeo exigua: Mare, triremes, naues, piſcatores, littus, portus, ambulantes per portum, vaſa transferentes, montes cum ſuis arboribus, vernantes campi, horti floreſcentes, poma punica eorumque arbores. Aſcende in hanc Eccleſiæ turrim: quæcumque ſunt in hac ciuitate adeo diſperſa & inter ſe diuiſa, vt ſit impoſſibile ea coniungere, hæc omnia in oculi tui pupilla vniuntur, capitella, palatia, turres, tecta, domus, fora, plateæ, ille qui inde venit, ille qui illac tranſit, ille qui ridet, ille qui plorat, hæc omnia ibi vniuntur in vno eſſe viuo & vitæ quia in tuo ſunt oculo qui viuit. Neſcio ſatis hæc admirari & ipſa Philoſophia multum in hoc laborat: veruntamen res eſt euidentiſſima. Aſcende nunc (cum D. Aug. prout in principio retulimus) de creatura ad creatorem nec negaueris Creatori quod in creatura ſuſpicis admirabile. *Concedite, quæſo, creatori quod ipſe præſtitit creaturæ, & in creatura ſi poteſtis, capite Creatorem.*

D. AVG. *Serm.* 190 *de temp* Tom 10.

VIII. Omnia in Deo ſunt eminentiori modo. Si quidquid eſt in hoc templo, licet ſit inanimatum, ſicut lapides, quamuis quid ſit horridum in ſe, ſicut muſca & vermis, quamuis vaſtum ſit corpus, in pupilla tamen eſt oculi tui factum quid viuum. Intellige *quod factum eſt in ipſo vita erat.* Primum vidiſti quod diuinus hic ſol continear? Secundum hoc attende: *Omnia per ipſum facta ſunt. Et ſine ipſo factum eſt nihil.* Quidquid eſt, factum eſt per ipſum, in eſſe naturali & ſupernaturali: In eſſe naturali, quia ipſe eſt, per quem facti ſunt cæli, terra, aer, maria, plantæ, animalia, Angeli, Archangeli, Cherubim, Seraphim. *Omnia per ipſum facta ſunt. In ipſo cōdita ſunt vniuerſa* (ait Ap.) *quæ in cælis & in terra inviſibilia & viſibilia ſiue Throni ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt & ipſe eſt ante omnia & omnia in ipſo conſtant.* Perpende cum D. Chryſoſt. Hæc verba, & attende quod primò dicat quidquid eſſe habet per ipſum factum eſt, viſibile, inuiſibile, ſublime, humile, corporale, & ſpirituale, quo Manichæorum hæreſis apertè conuincitur, qui mentiti ſunt dicentes quod licet Deus cœlos & Angelos creauerit, hæc tamen infima corruptiblia & abiecta creauit Diabolus. Blaſphemus error. *Omnia per ipſum creata ſunt* (docet Apoſt.) *Omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil* (ait Euang.) nec enim muſca nec formica, nec veſpertilio, habet eſſe, niſi quod per ipſum factum eſt. *Omnia per ipſum facta ſunt, vniuerſa in cœlis & in terra.* Magnum & paruum, aquila & paſſerculus, elephas & vermiculus. *Omnia.*

Col. 1. 16.

*Homil.* 1. *in ep. ad Coloſſ.*

☞ 16.

IX. Chriſtus eſt ante omnia. Perpende ſecundum, quòd dicat: quòd eſſe habeat ante omnes creaturas *Ipſe eſt ante omnia*: per quod (ait D. Chryſoſt.) error arguitur Sabellianorum aliorumque Hæreticorum qui Chriſtum confingunt creaturam, quodque ſuum eſſe acceperit in tempore. Si totum hoc quod eſt creatura, factum eſt per ipſum, igitur ipſe, nec quid factum eſt, nec eſt creatura. Amplius, ſi ipſe eſt, qui cuncta creauit tempora, & quidquid creatum eſt, ipſius igitur eſſe omnem præcedit creaturam, & quolibet eſt tempore anterius hoc (inquit) eſt: *Et ipſe eſt ante omnes.*

X. Non ſolum creaturas fecit, ſed etiam eas cōſeruat. Tandem nec vltima prætereas verba: *Et omnia in ipſo conſtant.* Quia non ſolum creaturæ ab ipſo pendent in eſſe fieri, ſed etiam in eſſe conſeruari. Cæmentarius domum ædificat, ab eoque pendet in fieri verum non in conſeruari poſtquā enim extructa eſt, ſine ipſo ſe ipſam ſuſtinet & cōſeruat.

XI. Similitudo. Eodem modo faber carpentarius menſam efformat, & de eius manibus ipſa in eſſe fieri dependet: Poſtmodum autem illam non curat, nec tangit, nec intuetur.

Verum enim vero Verbum diuinum nedum creauit omnia, ſed etiam illa ſuſtentat & conſeruat: nam quàm primum ille manum ſuam tolleret, omnia in nihilum reciderent. Hoc eſt *omnia in ipſo conſtant.* Similiter & declarari poteſt illud D. Ioan. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factū eſt.* Quaſi dicat quidquid eſſe habet, ipſe condidit, & ipſe ſuſtentat, ita vt ſi vel momento tēporis manū tolleret conſeruatricem omnia ad idem

 nihil,

XII. Omnia à Deo in ordine ſupernaturali proueniunt. *Eph. 1. 3.*

nihil, ex quo facta ſunt, reuerterentur. Eodem modo quidquid eſt, quod pertinet ad ordinem ſupernaturalem, per ipſum factum eſt: Virtutes, gratiæ, dona, peccatorum remiſſo, iuſtificatio, gratia gloria. Hoc fundamentum ſtatuit Apoſt. ſcribens ad Epheſ. *Benedixit nos in omni bene dictione ſpirituali in Chriſto.* De ipſo pendent omnia bonorum genera ſpiritualium: fides Prophetarum, Spes Patriarcharum, Charitas Apoſtolorum, fortitudo Martyrum, Sapientia Doctorũ, Monachorum Pœnitentia, Virginum Puritas, Continentium Caſtitas, quodlibet opus bonum, quodlibet verbum bonum, quælibet munda cogitatio ab eius dependet virtute. Mihi autem perſuadeo, quod hoc ipſum D. Ioan ſtatuere voluerit vt firmum Euangelij ſui fundamentum. Præ manibus habet Euangeliſta Chriſti Redemptoris conſcribere hiſtoriã, & illico in exordio duos collocat lapides fundamentales: Primus, quis ſit Chriſtus. Secundus quid ſit, quòd faciat & operetur.

XIII. Duo de Chriſto dicenda: quis ſit, & eius opera.

Præceptum eſt Philoſophorum, vt qui librum conſcribit edicat primò quod ſit ſubiectum de quo diſputat, & ſecundò eiuſdem explicet ſubiecti proprietates. Quale eſt ſubiectum Euangelij? Chriſtus. Dicat nobis de illo Duo: Primum quis ſit Chriſtus, & ſecundum eius nobis exponat opera ac proprietates. Hoc agit D. Ioan. Primo namque dicit quis ſit Chriſtus. *Verbum caro.* En veram Chriſti deſcriptionem quæ in ſubſtantia ſignificat, quòd ſit filius Dei, factus homo. Hæc eſt illa notitia, ad quam quilibet tenetur fidelis, & quam explicitè confiteri debet Chriſtianus imoquicumque ſaluandus. *Hæc eſt fides catholica, vt credamus & confiteamur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus Deus & homo eſt* ſic teſtatur ſymbolum D. Athanaſ. Catholicum In illo verbo *Verbum.* Diuinam eius declarat perſonã & originem, quã ex Patre procedit, ſine opere carnali, per ſimpliciſſimum actũ intellectus, vt diximus in principio. In illo verò *Caro* veram deſignat naturam humanam, vt eleganter proſequuntur ſacri Doctores: ſtatim tranſit ad ſecundum, opera eius ac proprietates declaraturus, dicendo: quod ab ipſo, velut à primo principio & cauſa profluit quidquid boni in vniuerſo eſſe perhibetur.

17. XIV. Probantur hæc

Ad confirmationem primi, & ſtabilimentum ſecundi, ſtatim inducit teſtimonium D. Ioan Bap. de quo teſtatur quod vir fuerit de potétiſſima Dei manu productus, eo animo ac particulari conſilio vt mundo Chriſti perſonam manifeſtaret, eſſetq; eius præcurſor facemque præferens velut lucifer ſoli: *Homo miſſus à Deo, Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Similiter adcribit teſtimonium D. Ioan profertq, illud verbis omnino admirandis *Ioan. teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat, dicens: Hic eſt* &c. Inhære verbo illi *clamat*: Etenim primo ſignificat (interprete C. Cyrill.) D. Bap. voce adeo clamoroſa dediſſe mundo de Chriſto teſtimonium, vt omnes illud audirent. Non locutus eſt muſſitando dentibus, non methaphoris & ſymbolis, non tropis & inuolucris, ſed diſtinctè ac clarè, ne mundus vllam poſſet adferre ignorantiam, dicendo: Non hoc audi, non hoc intellexi. Secundo ſignificat (ait D. Chryſoſt.) conſtantiam, fortitudinem, ac ſecuritatem, quã Baptiſta Chriſti præcurſor hoc retulit teſtimonium: Quanto etenim ſtudebant Phariſæi os illi occludere diligentiùs, eò Ioannes illis loquebatur clariùs, eò clamabat fortius. Tertiò ſignificat, completum integrè eſſe Iſaiæ vaticinium de Ioanne prolatum, futurum eum aliquando vocem altiſonam & vociferantem: hoc eſt, quòd magno clamore voceque elata eſſet locuturus? *Ego vox clamantis in deſerto.*

teſtimonio D. Ioannis Baptiſtæ.

XV. Quid *Clamare* ſignificet. *lib. 1. in Ioan. c. 18.*

*Hom. 12. in Ioan.*

*Iſa. 40. 3.*

Et quid quæſo, dixit? *Hic erat quem dixi: qui poſt me venit, ante me factus eſt, quia prior me erat* Vides illum, hoc ſit tibi compertum, quod hic & poſt me, ſicut homo, natus ſit: Verumtamen ſicut Deus eſt me ſuperior, fuitque me prior, tamquam ab æterno genitus: *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus & gratiã pro gratia: Quia lex per Moyſẽ data eſt: Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Singula perpendamus verba. Omnes (inquit) de plenitudine eius accepimus q. d. (vt notat D. Bern.) ſicut mare ſubiectũ eſt, quod omnes in ſe continet aquas, atque de ſua plenitudine toti communicat terræ, hic illas demittit alibi alias: ſic Chriſtus pelagus eſt, in quo cum plenitudine, & ſine menſura & ſine fundo omnia gratiarum fluenta continentur. Ne laboraueris harum fundum inueſtigare intellectus tui bolide: non enim fundum inuenies: quia teſtante Apoſt. *In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Et de ipſo deriuantur omnes aquæ, quæcũque in terra oriuntur: fides Patriacharum, ſpes Prophetarũ, iuſtificatio peccatorum, iuſtorum gratia Sanctorum virtutes: ea namque de cauſa ſeipſum inſeribit: *Rex virtutum.* Quid Bern. *Orige fontiũ & fluminum, mare eſt virtutum & ſcientiarum*

XVI. Omnia à Chriſto vt fonte profluũt. *Serm. 13. in cant. in prim.*

*Colo. 2. 9.*

Dominus

*Dominus Ieſus Chriſtus : Quis enim Dominus virtutum niſi Rex gloriæ?*

Itaque ſicut Deus in Paradiſo fontem excitauit aquarum, qui totum rigaret hortum deliciarum, ita vt in illo nec flos produceretur, nec fructus, nec herbula minima niſi ex virtute aquarum huius fontis. Sic ſtatuit Pater æternus filiū ſuū vnigenitum in hoc mundo, vt bonorū gratiarumque fontem : quæcumque namque talia ſunt, ex ipſo ſcaturiunt, atque ſicut de primo principio ac cauſa profluunt : nullam enim habes bonam cogitationem quæ ex eius non prodeat fauore atque ſubſidio : *Omnes accepimus.* Ab Adam incipe, & totam eius percurre progeniem, quidquid in ea boni repereris diuini ſolis huius effectus eſt. Deinde addit illud, Amplius exponens. *Et gratiam pro gratia.* Quælibet littera mille continet myſteria, circa quæ verba SS. Patres, conceptus proferunt elegantiſsimos : Nec mihi ab ijs alienus videtur ille ſenſus, quem ſemper approbauit vt legitimum celeberrimus Doctor Cathedraticus Salaman-
3.pa.q.8. ticenſis Magiſter meus M. F. Bartholomæus à Medina hæc nempe verba omnem ſignificare gratiam à prima vſque ad vltimam. *Gratiam pro gratia.* Eo modo quo dicitur in hiſtoria Iob. *Pellem pro pelle*, & omnia quæ habet ho-
Iob 2.4. mo dabit pro anima ſua Secundum verbū: *Om-*
XVII. *nia quæ habet homo* : declarat primum *pellem*
Omnes *pro pelle.* quaſi dicat de prima pelle ad vltimā,
gratiæ à omnem pellem partem pro parte, à viliori vſq;
Chriſto ad pretioſiorem, quam habet homo pro vita ſua
dimanāt. redimēda libens proſtituet. Phraſis eſt apud nos vſitata : Domine perambulauit domum de parte ad partem q. d. de maiori ad minorem vſq; rationes ſuas inſtituit de membro ad membrum: Pecunias de Iulio ad Iulium numerauit; hoc de Chriſto Bap. inſinuauit, *Omnes de plenitudine eius accepimus & gratiam pro gratia*, id eſt de prima ad vltimam. A prima incipe, quæ gratia fuit æternæ prædeſtinationis, quā te Deus prædeſtinauit: hanc enim Chriſto acceptam referre
Epheſ.1.5 debes: *Prædeſtinauit nos in dilecto filio ſuo* Deinde tuam perpende vocationem, iuſtificationem, criminum indulgentiam, infuſionem gratiæ, merita, in bono perſeuerantiam vſq; ad ſtatum gloriæ, cuncta hæc Chriſto ſunt adſcribenda : etenim de illo velut de primo fonte ſcaturiunt. *Gratia pro gratia. Ipſe eſt* (dicente Apoſt.) *qui*
☞ 18. *dat velle & perficere pro bona voluntate.*
Philipp.2. Hoc tibi non excidat : quodcumque opus agas
13. inter duos hos terminos comprehendi : primus eſt cogitare illudque velle perficere : Vltimus XVIII.
eſt illud perfectè adimplere. Inter duos illos ex- Similitudo.
tremos terminos plura intercurrūt media nempè neceſſaria prouidere materialia, foſſam aperire locandis fundamentis, prima iacere fundamenta parietes erigere, trabes lignaque componere, tectum ſtatuere. Vt autem dicamus, quòd vnus idemque omnia fecerit, modus hic eſt loquendi; à cogitatione quā huic operi datum eſt principium vſque ad vltimam regulam quā perfectum fuit. Hic capis quid Baptiſta ſignificare voluerit. Quidquid boni habemus nos ſancti, ab eo recipimus, à prima gratia ad vltimam *Gratiam pro gratia.* A prima gratia, quæ fuit per æternam prædeſtinationem ad vltimam vſque quæ erit per glorificationem : A prima gratia, quæ eſt velle bonum facere, ad vltimam vſque, quæ eſt illud perficere. *Velle & perficere.* Totum de virtute manat Redemptoris. Itaque nec vlla tibi bona occurrit cogitatio, nec pium aliquod profers verbum in ordine ad cœlum, nec in corde tuo bonum aliquod exurgit deſiderium, cœlum verſus proquo eius fauori, virtuti & ſubſidio immenſas non debeas gratias. Ea namque de cauſa à Patre cœleſti vocatur *ſol iu-* Malach.
*ſtitiæ. Orietur vobis timentibus nomen meum* 4. 2.
*ſol iuſtitiæ.* Sicut enim ſol hic cauſa eſt adeo XIX.
vniuerſalis, vt quidquid in hoc mundo produ- Similitudo de ſole
citur & eſſe habet, ex eius proueniat virtute; quā in venis terræ aurum producitur, in fodinis argentum, arbores in terra, fructus in arboribus, herbæ in campis : ſic Chriſtus eſt ſol omnis iuſtitiæ ac ſanctitatis, quia quidquid in ordine ad illam producitur ex eius virtute producitur. Per hanc Patriarchæ fidem acceperunt, per hanc in Prophetis ſpes emanauit, peccatores illuminati ſunt, & ab orbis initio ad meliora conuerſi ſunt incipiendo ab Adam. *Gratiam pro gratia.* A prima ad vltimam vſque.

Hoc Apoſt. innuit quando inhærens allegoriæ 1.Cor.10.
miraculi de petra ſic concludit, *Bibebant omnes* 4.
*de ſpirituali conſequente eos Petra : Petra autem* XX.
*erat Chriſtus.* Quod ſi mihi obieceris quod Lex per
Moyſes iam legem dederit, optimè dicis, quòd Moyſen,
legem populo Dei promulgarit, verumtamen gratia
quidquid gratiarum donorumque cœleſtium per Chri-
acceperunt, quotquot in illa vixerunt, & viui- ſtum.
mus (inquit D. Ioan.) omnia hæc ab illo accepimus. *Omnes accepimus &c. Lex per Moyſen data eſt: Gratia & veritas per Ieſum Chriſtū facta eſt.* Hæc duo verba cōſidera *data* & *facta*. Legē

Moyſes non ſcripſit: illam tantummodo velut Dei Miniſter ac Præco promulgauit: gratiam autem ac veritatem fidei Chriſtus operatur vt cauſa prima ac vniuerſalis. Ex his addiſce, ô Chriſtiane, quantum Chriſto debeas Saluatori. Quidquid habes boni totum illi debetur: totum etenim diuinæ ſuæ virtutis eſt effectus.

Meminit D. Hier. menſæ ſolis quam dicit
19 celebrem eratque hæc adeo celebris, vt ad illam
XXI. intuendam nominatiſsimus ille Apollonius
Quæ fuerit menſa ſolis. (quem vulgus appellat Necromanticum, & Pytagorici Philoſophum) totum percurrit mundum, Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos,
Epiſt. ad Paulinũ de quadra Homil. 6. D. HIER. Li. 9. l. 8. Aſſyrios, Parthas, Syros, Phenices &c. Cupidine ductus illam videndi in Æthiopia. *Vt famoſiſſimã ſolis menſam videret in ſabulo.* Caſus hic talis eſt vt dominicá præterita diximus & refert Cælius Rodiginius in lectionibus ſuis Atticis, quod Æthiopes ſolis in ſe contemplati pulchritudinem atque eximia beneficia tellurí præſtita; cum quidquid boni in ea germinat, huius virtuti imputetur, non ſolum eum vt Deum adorabant, quemadmodum aliæ multæ nationes, ſed illum ſingulari quodam apparatu gratitudinis honorabant: ſemel etenim per annum illi menſam in arena præparabant velut radijs ſolis expoſitam tanta dexteritate atque ingenio, vt quis illam pararet, aut quomodo fieret, nemo cognoſceret. In illa vero ſtatuebant atque offerebant quidquid in terra boni propullulat, quaſi ſoli dicant. Proteſtamur quod totum hoc quod habemus bonum, quoque in hoc mundo fruimur, tibi debemus; noſtramque confitemur hanc eſſe non paruam obligationẽ. Quomodo hæc omnia accepto refers ſoli? An non arbores ſibi fructum proferunt? An non Agricola, qui ſemen terræ mandat, & aquâ ſementem irrigat? Numquid non terra illam recipit? Numquid non aqua illam fœcundat? Vtique: verumtamen quidquid agit arbor, terra, Agricola, & aqua nullum poſſet adferre emolumentum, niſi ex virtute ſolis eiuſque influentia. Quocirca, ſuadẽte ſic ratione, iuſtum eſt vt hoc illi grati referamus acceptum, velut auctori primario omniumque principali, eumque cathalogo adſcribamus Deorum, vtpote adorandum, qui tanta nobis præſtat cauſatque beneficia.

Hæc infideles illi Barbari ſoli deferebant, dolo decepti pernitioſo, quo credebant ſolem eſſe viuentem Deum, quodque ab illo reciperent omne bonum, quo ſe potiri lætabantur. Quid tibi agendum eſt ô Chriſtiane qui certa veritate credis Chriſtum ſolem eſſe diuinum, verumque Deum, & quidquid habes & agis virtutis eius effectum eſſe ac diuinæ opus miſeri- XXII.
cordiæ. Oculos tuos per fertilem hunc extendas Eccleſiæ campum: Si Petrum videris ſolidam petram in fide, poſt negationis tetræ lapſum: ſi feruẽtes in oculis Magdalenæ lacrymas, ſi perfectam in ore latronis confeſsionem: ſi Omnia bona diuinæ lucis ſunt effectus.
ſupernam in Apoſtolis lucem, ſi fortitudinem in Martyribus inuincibilem, ſi ſapientiam in Doctoribus cæleſtem, ſi puritatem in virginibus Angelicam. Si admireris puellam ſanctam Catharinam Martyrem tantâ ſapientia præditam, vt ſapientiſsimos quoſque totius mundi conuictos ſibi ſubijceret. ſi Laurentium adoleſcentem de Romanorum poteſtate triumphantem, ſi pauperes quoſdam piſcatores inferni legiones profligantes. hæc omnia effectus ſunt, opus ſunt, & gratia ſunt Saluatoris. Si gaudeas te fide dotatum in intellectu, quo videre queas, quod nec oculi viderunt, nec aures audierunt, nec cor hominis potuit imaginari, ſi ſpes te alat, futurum te in cœlo Regem ac Dominum atque vt bona tua, cuncta Dei bona poſſeſſurum. Si oculos reflexeris malamque vitam tuam ſerió perpenderis; ſi propoſueris, imo ſi vel cogitaueris illi nuntium remittere, ſi ad Deum te conuerteris, ſi criminum tuorum pœnitens veniam rogaueris, ſi deſiderio flagaueris vt tibi Deus eſſet miſericors. Totum hoc eius opus eſt, eius eſt effectus, eiq; vt ſoli diuino cauſæq; principali referendum, qui per te & tecum operatur.

Si Apoſt. Paul. dicere potuerit viro nobili Philemoni quidquid habes mihi debes. *Dicam tibi quod & te ipſum mihi debes.* Etenim ipſe Philemo 14
Paulus Philemoni prædicauit, ea quæ fidei ſunt docuit vitam abiurare diſſolutam perſua- XXIII.
ſit, & in Euangelij formam verbaque iurare. Noſipſos debemus Deo.
Quanto maiori iure hoc tibi poteſt Chriſtus dicere: *Si totum mihi debes?* Quod ſi Paulus exterius operatus eſt, vt agricola, ſementem irrigans: quis in corde Philemonis operatus eſt & effecit vt ſemen reciperet fructumq; ferret ampliſsimum? ipſe Chriſtus fuit, quod idem ipſe declarat dum ait: *Ego plantaui Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, itaque neque* 1. Cor. 3:6.
*qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Si caligantibus tibi oculis adeſſet Medicus, illoſque tibi reſtitueret perſpicaces quam te illi fortiter obſtrictum eſſe fatereris? Si bonis de

perditis

perditis & ſeruitute damnatum ex illa te nobi-
lis vindicaret, teque principem crearet opulen-
tum & glorioſum, quantum illi deberes? Quan-
XXIV. Menſam illi ſoli nos præparemus. tam gratitudinem? Quantas gratias? Extruunt
alij ſoli menſam quaſi deſiderium oſtendentes
illi ſeruiendi viuaciſſimum omnibus illis quæ ab
illo ſe recepiſſe proteſtabantur. Qam menſam
parte tibi conuenit de cordis tui præcordijs, in
illa Chriſto conſecrans totamque proponens illi
animam tuam, cogitationes tuas, intellectum
tuum, tuam voluntatem, tuam memoriam
denique quidquid es? Veruntamen, heu Do-
mine mi, quoties te querelas exponentem au-
diui: *Retribuebant mihi mala pro bonis, &*
Pſ. 08. 5. *odium pro dilectione mea.* Nec id immeritò:
quandoquidem in bonorum compenſationem
quæ de manibus tuis homines acceperunt: tibi
mille ſceleribus, offenſisq́; mille reſpondeant *Ma-
la pro bonis*. Te ipſum interrogo, dicito mihi, qui-
bus Deo reſpondes, niſi diſſolutionibus, laſciuijs,
inhoneſtis libidinis tuæ deſiderijs? Quibus niſi
ſanctæ legis eius contemptu eiuſque ſanctiſſimi
nominis iniuria? Vbinam illæ gratiæ quas illi
memor refundis? Vbinam opera pia ad eius ho-
norem, gloriamque frequentata?

§. 7. *Sicut videri non poteſt ſol ſine eius lu-
ce: ſic nec Christus, niſi nos ipſe illumi-
net, agnoſci.*

Licet prædicta vera ſint, & explananda mit-
tamus, quocirca, hæc offerri poſſunt Theolo-
gorum claſſibus Viriſque ſcholaſtici, ni fal-
lat voluit Dominus hoc ſymbolo lucis particu-
☞ 10. larem quendam explicare ſuum effectum, qui
eſt, nos illuminare, per primum illud deſigna-
tum, in quem illico incidimus, loquendo
de ſole, & ipſe Spiritus S. hunc expoſuit: nam
hoc primum ei aſſignat epithetum *Sol illumi-
nans per omnia reſpexit*. Hic eſt effectus huius
Ecc. 42. 16. diuini ſolis Chriſti animas in cognitione diuinę
ſuæ perſonæ illuminare, ſine cuius lumine illam
non poſſemus intelligere, ſicut conuenit & abſ-
que erroris periculo. Axioma eſt Apoſt. Pauli:
Ere. 5. 13. *Omnia quæ arguuntur à lumine manifeſtantur*,
id eſt: ſine lumine quidquam cognoſcere eſt im-
poſſibile. Vt ſol videatur noſtriſq́; appareat ocu-
I. Sol ſine luce videri non poteſt. lis lumen aliquod requiritur. Num quæris quæ
erit iſta lux? Omnibus notum eſt ipſam eſſe
eiuſdem ſolis, quem nulli poſſunt videre oculi,
niſi ipſe ad hoc lumen infundat: Quod ſi ipſe
ſuæ claritatis radium nequaquam communicet,
quo oculos illuminet, in toto orbe nulli erunt
licet aquilarum acutiſſimi qui valeant eum in-
tueri, mille quamuis accendas faces, lignorum
ſtrues, candelarum copiam & quælibet poſſis in
hoc mundo imaginari luminaria. Etenim ſol
procul à noſtris diſtat oculis, ſuper hæc conte-
ctus eſt, circumcinctus, & cælis inuolutus, tribus
à parte ſuperiori, & tribus à parte inferiori:
Ipſe namque in quarto eſt medius inter omnes:
Deinde inter ipſum & nos medium quoque in-
tereſt aliud, elementares ſcilicet regiones: Vnde
omnino foret nobis impoſſibile illum videre, ni-
ſi idem ille aliquem lucis ſuæ radium, quo vi-
deri poſſit, infunderet.

Solem iſtum diuinum conſidera Chriſtum,
quam coopertus ſit noſtræ naturæ cælis, corpo-
re & anima, carne & oſſibus, infirmitate, pau-
pertate, doloribus, cruciatibus, ignominijs, mor-
te: quis illum cognoſcet? *Homo eſt & quis cog-* Hiere. 17. 9.
*noſcet eũ* Aiebat Vates Ieremias iuxta lectionẽ
Septuaginta. Quænam in illo apparent ex ho-
minum iudicio adeo à Deo aliena? illi qui cla-
riorem de illo habebant ſcientiam, nempe Iudæi, Iſa. 53. 3.
minus illum agnouerunt: *Vnde nec reputauimus
eum* Quantum conijcio ſpectat Propheta Iſaias
factum Moyſi. Cui magis nota erat virgæ illius
virtus, quæ tot mirabilia oprabatur, quam Moy-
ſi? hic cum Paſtor eſſet, eam communiter geſta-
bat in manibus, illaq; ſe contra leonũ, vrſorum, lu- II. ☜
porũ, & vulpium defendebat aſſultus, nec ſe ſecu- Allegoria
tum arbitrabatur niſi illam penes ſe haberet: Ni- de virga
hil ominus dum eam cernit in terra tranſmuta- Moyſi.
tam in figuram ſerpentis, ſic illam non agnouit,
vt ab eo fugeret velut ab eo quod illi poſſet ad-
ferre nocumentum. Erat hæc virga diuinitatis
Dei verum ſymbolum, qua populus ille per
Moyſen deſignatus ſæpius vtebatur, huic innite-
batur, & hac ſeipſum protegebat. In huius rei Pſ. 43. 1.
memoriam diuinum hunc cecinit Dauid pſal-
mum: *Deus auribus noſtris audiuimus &c. Ma-
nus tua gentes diſperdidit &c. Dextera tua &
brachium tuum &c. In te inimicos noſtros ven-
tilabimus cornu & in nomine tuo ſpernemus in-
ſurgentes in nobis &c.* Verũ tamẽ quàm primùm
hanc viderunt diuinitatem, vel ſi placet, Deum
in terra delapſum ſerpentiſque imbutum figura,
hoc eſt dum illum viderunt in ſimilitudine for-
maq; peccatoris: *in ſimilitudinem carnis peccati*.
ſic illum exhorruerunt vt ab eo diffugerint, nec Rom. 83.
quidquam habuerunt magis inſulſũ, quàm illũ
vt Deum confiteri: *Vnde nec reputauimus eum.*

Fierit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

III. Chriſtus lux ſine ſua luce cognoſci nõ poteſt.

„ Fieri non poterat, vt quis illum agnoſceret, niſi prius aliquem lucis ſuæ diuinæ radiũ communicaret ac ſeipſum animabus cognoſcendũ aperiret, hinc petitionem intelliges Dauidis crebro repetitam: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerũt in montem ſanctũ tuum, & in tabernacula tua.*

Pſ. 42.3.

A Patre ſupplex expoſtulat, vt filiũ ſuum vnigenitum mittat in terras quem duobus nominibus illi propriis (teſte Aug.) declarat: *Lucẽ tuam & veritatem tuam.* Hæc enim ea ſunt nomina, quibus ſeipſum agnominauit nobiſq; manifeſtauit vocãs ſe veritatem ac lucem: *Hæc nomina duo res vna. quid enim aliud lux Dei, niſi veritas Dei? Aut quid veritas Dei, niſi lux Dei? Et hoc vtrumq; vnus Chriſtus. Ego ſum lux mundi: ego ſum via veritas &c.* Domine emitte veritatem tuã æternã tuamq; lucem.

D. AVG. Tom. 8.

IV. Similitudo.

Nihil poteſt omnino cognoſci, nec aliqua ſciri veritas ſine luce illi proportionata. Nec enim corporales oculi videbunt adamantẽ aurum, argentum, album, nigrũ licet ante ſe hæc habeant, niſi lux aliqua corporalis illos illuminet: nec poterit ſimiliter intellectus naturalem aliquam cognoſcere veritatẽ, multò minus poterit ſupernaturalem aliquam cognoſcere veritatem niſi illũ lux quædam ſupernaturalis illuminet, quæ illi ſit proportionata veritati. Filius tuus veritas eſt diuina ſupernaturalis: vnde mittens illum, veniat factus lux vt ipſe intellectuũ oculos illuminet, quibus eum agnoſcant: etenim ſine illa nihil efficietur: ſicut nec ſol ipſe cognoſci poteſt ſi lucis ſuæ radios oculis minime communicet.

1. Cor. 2. 9.

Hæc ea doctrina eſt: quã profeſſus eſt Apoſt. Paul. illã confirmans per eximiam illam Vatis Iſaiæ ſententiam: *Oculus non vidit, Deus abſque te quæ præparaſti expectantibus te.* Ad litteram loquitur de ſupremis Chriſti myſteriis quæ decreuit & præparauit Deus in æterna ſua prædeſtinatione in generis humani redemptionẽ.

Iſai. 64. 4

V. Qua ratione ſe Deus Moyſi cognoſcendum obtulerit.

Sicut nullus eſt oculus qui cernere poſſit ſolẽ ſine eiuſdẽ ſolis lumine: ſic Domine: *Nõ vidit oculus abſque te &c.* Et niſi fallor eleganter alludit Propheta ad illam Moyſi & Dei mutuam inter locutionem. Sẽ Deus illi valde familiarẽ præbebat multiſque amicitiæ verbis mentem illius demulcebat, ex quibus Moyſes occaſionem ſumpſit hunc illi ſupplicem libellum offerendi: *Oſtende mihi faciem tuam.* Domine mi, ſane multum eſt, quod tibi ſim adeo vicinus, mihique tam apertè loquaris, vt mutuo colloquamur, & tamen te nullatenus videam: *Oſtende mihi* (amabo) *faciem tuam.* Quid ad hoc Deus? *Non poteris videre faciem meam: Non enim videbit me homo & viuet.* Veruntamen hoc viũ in tui gratiam fecero. Supra petram aſcendas, quam tibi deſignauero, ego verò illac tranſibo. Tu autem attentus eris, vt me conſpicias, & quando coram te fuero, vocem emittam, qua me tibi dabo cognoſcendum, nomen meum tibi ſignificans: tunc cognoſce me, tunc poſteriora mea videbis. Hunc credit Lipomanus ſenſum eſſe legitimum horum verborum: *Vocabo in nomine Domini coram te.* Quando fuero coram te, loquar ego tibique nomen meum aperiam dicendo: Moyſes aſpice me, cognoſce me. Ego enim ſum Dominus. Mille hic occurrunt inquirenda verũ in particulari id quod illi dicit, admirare: tranſibo coram te, coram oculis tuis, dicamque tibi: Moyſes cognoſce me: ego enim ſum. Æterne Deus ſi te ipſum coram oculis eius ſtatueris, quid neceſſe eſt, quòd illi loquaris, vt ille te videat teque cognoſcat tuum te illi nomen indicante? An cœcus eſt Moyſes? An forſè tu tam exiguæ ſubſtantiæ vt oculis eius expoſitus ab ipſo minimè videaris? Admirabile ſacramentum: *Hæc de Chriſto maxima prophetia eſt.* Sic D. Aug. Pater hic de Chriſto myſterium tractat.

Exod. 33. 20.

Q. 154 in Exo.

Tranſiturus enim erat Dei filius corã oculis Moyſi id eſt populi Iudaici, quẽ ante ſe poſitũ non agnoſcerent, ſed nec poſſibile foret agnoſcere ſi ipſum ille diuina luce nõ manifeſtaret quatenus poſteriora eius videntes (intelligo humanitatem eius) cognoſcerent quia in illis vultus Dei, id eſt, vera eius diuinitas lateret abſcondita.

VI. Iudæi ob ſua peccata non meruerũt agnoſcere Chriſtum.

Ex præmiſſis intelliges, quã ratione poſſibile fuerit quod cum Iudæi ſic apertè coram ſe præſentem viderent Dei filium, tot miraculis ſignisque manifeſtum, illum tamen haudquaquam agnouerint: Etenim enormibus ſuis affixi ſceleribus, ac nequitijs inuoluti diuinam eius lucem recipere contempſerunt, ſine qua illum agnoſcere erat impoſſibile, etiam illis qui præſentem illum oculis ſuis intuebantur. Quis illum propius ad oculum habuit quam Annas & Caiphas totumque ſupremum Sacerdotum Principumque concilium? Quis propius quàm Pilatus? Quis propinquius quàm infauſta illa populi Iudaici multitudo in cuius conſpectum Pilatus eum foras produxit ei acclamans: *Ecce homo.* Nec tamen illum cognouerunt, adeo vicine coram eis tranſeuntem: ob inſignem enim eorum nequitiam reprobamque ſeditionem, quã cor eorum implebatur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

plebatur, eos diuinus ille ſol ſua luce non illuſtrabat, ſine qua eum cognoſcere nonimus poſſe neminem: *Oculus non vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.*

Semper admiror hiſtoriam Agar quam Abraham ædibus ſuis exturbauit ſolo fruſto panis & vtre aquæ contentam in itineris viaticum: *Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem & vtrem aquæ impoſuit ſcapulæ eius tradiditque puerum & dimiſit illam.* Diſcedit domo Agar comite filio Iſmael, iter arripit per deſerta Bethaſabee. Illi aqua deficit, quam in vtre ſecum tulerat. Tota illa regio ſine fontibus inaquoſa languebat, nec vlla vſpiam ſupererat aqua ad quam excurreret haurienda m. Summopere pueri miſeretur ſiti pereuntis. Cor illi non eſt adeo conſtans vt oculis ſuis ſpectet mater puerum afflictâ morientem: ad arboris illum deijcit truncum illius vmbrâ protectum: *Et abijt, ſedit ue è regione procul quantum poteſt arcus iacere.* Ne videndi morientem puerum, quem tanto opere diligebat, haberet occaſionem: *Dixit enim: non videbo morientem puerum.* Ad lacrymas planctumque mater doloroſa recurrit: dum videt ſe nullum poſſe filio morienti conferre remedium, & oratione facta toto Deum rogat affectu, ne diuina eius puero deeſſet prouidentia, cum iam illi humanum omnino deſperatum eſſet auxilium. Preces eius benignus admiſit Deus, miſitque Angelum, qui & mœſtam ſolaretur & puero morienti ſuccurreret: *Vocauitque Angelus Dei Agar de cœlo &c. Aperuitque oculos eius Deus qui vi dens puteum aquæ abijt, & impleuit vtrem, deditque puero bibere.* Quô factô illi dolor omnis abſtergitur, vitaque pueri ad ſolidiora confirmatur cum ſitim ex aqua fontis quem vidit, extinguere potuerit. Nô leuis occurrit hic difficultas. Quomodo fontem non vidit vel puteum adeo notum? Etenim illum Dominus eius ac Maritus Abraham effoderat multaſque ob eum paſſus fuerat contentiones. Deinde vt conſtat ipſa Agar fontem illum ſeu puteum appellarat: *Puteum viuentis & videntis:* Cœleſte myſteriû. Chriſtus Dominus noſter puteus diuinus, puteus eſt vita & viſus: *Viuentis & videntis:* Duabus hic excellit prærogatiuis: nempe quod vita ſit animæ & viſus intellectui: *Dominus illuminatio mea & ſalus mea.* Ita conſpectus à Iudæis & adeo nominatus, quem modò præſentem habent, ſed nec vident nec cognoſcunt. In illo contemplâtur adeo prodigioſa atque eminentia vt hæc omnia vnanimi voce conclamẽt: hunc verum eſſe Deum nec tamen illum Iudæi noſcere potuerût. Non illum igitur ô proditores agnoſcetis ſi ipſe Dominus vobis nô aperiat oculos ſuoque diuino ſplendore illis irradiet.

Gen. 21. 4.

VIJ. A lepere cē de Christo ut tem ex ponitur viuentis & videntis.

Gen. 16. 14.

Pſ. 26. 1.

Hinc cauſa patet ob quam Apoſt Paul Chriſtum inſcribat Auctorẽ & conſummatorem fidei: *Aſpicientes in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum.* Quid eſt fides? lux quædam ſupernaturalis noſtrum illuminans intellectû ad cognoſcendum myſteria ſupernaturalia, ea præſertim quæ Redemptorem noſtrum concernunt. Hanc quis tribuit? Vnde procedit? De Chriſto cœleſti ſole: *Ego ſum lux mundi* de quo dictum eſt. *Illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum:* ſicut filius Dei, qui lux eſt per eſſentiam, hominis illuminat intellectum ad cognoſcendum veritates bonaque naturalia, naturalem illi lucem infundens ab ipſo velut à principio procedentẽ de qua ſic pſallit David: *Signatû eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Sine qua nemini poſſibile eſt quidquam in naturali ſua eſſentia cognoſcere: ſic idem ipſe eſt qui ſupernaturalem lucem communicat per quam veritatem bonaque cognoſcit ſupernaturalia. Hæc autem fides eſt ſine qua cognoſci non poſſunt. Hoc eſt *Ego ſum lux mundi.* Ex prædictis colligit D. Gregorius id quod præmiſimus nempe: quòd ſicut quâtalibet accendantur faces & candelæ corâ oculis tuis, ſolem non videbis, ſi ille ipſe tuos non illuminet oculos: ſic eſt in myſterijs noſtri Saluatoris. Prædicare quidem poſſunt Apoſtoli, docere Doctores, myſteria proponere illaque miraculis obſignare: quod ſi ſol hic ſplendorẽ ſuû nô communicet nec videbûtur nec agnoſcẽtur. Ex illis difficultas illa ſoluitur valde communis circa legationem D. Ioan. Bap. ad Chriſtû. Miſit etenim hic de carceribus, quibus tenebatur diſcipulos ſuos ab eo quæſituros: *Tu es qui venturus es an alium expectamus?* Hâc interrogationẽ SS. Patres admirâtur illâque Baptiſtæ proponût. Dicito nobis ſanctiſſime præcurſor, an Chriſtû tu minimè cognoſcis? Nônne to voce clariori de illo teſtimonium perhibuiſti quòd ipſe ſit expectatus Meſſias & agnus qui peccata mundi tollit vniuerſa? An tu eorum oblitus quæ alijs proclamaſti? An tu in dubium nunc vertis quod prius tam aſſeueranter côfirmaſti? Dixerone catenas & carceres quibus côſtringeris tuam aut obumbraſſe lucem aut intimidaſſe ſpiritum? Nihil horum aſſerunt D.

Heb. 12. 2.

VIII. Cur Christus dicatur auctor fidei.

Pſ. 4. 7.

Ho. 40. in Ev. 36.

22.

Matt. 11. 2.

IX. Cur Ioannes diſcipulos ſuos ad Chriſtû miſerit.

*Ep. 151. ad Algaſiam q. 2. inc. 11. Matth. l. 2. theſau. c. 4. Mat. 11. 7. D. HIER Tom. 4. a Ioan. 3. b Matth. 3. c Ioan. 1.*

Hier. D. Chryſoſt. D. Cyrill. Vt enim à nobis talem amoueret Christus opinionem in eadem hora ſermonem inſtituit adeo laudatiuum in quo Bap. præconia ſic eleganter extulit vt cum arundinem negaret eſſe ad ventos contrarios varioſque mobilem. *Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatam &c.* In fide, in ſua confeſsione, in ſua ſententia Ioan: permanet immutabilis. Profero D. Hier. *Non poterat ignorare quem ignorantibus ante monſtrauerat, de quo dixerat. a Qui habet ſponſam ſponſus eſt. Et: b Cuius non ſum dignus calceamēta portare. Et: c Illum oportet creſcere, me autē minui. Dein Patrem intonantem audierat: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui.*

In quem igitur finem ſuos legat diſcipulos Chriſtum interrogaturus vt illis dicat num verus ſit Meſsias? Theologum egit hic Magiſtrū, & doctrinæ catholicæ, quam excutimus profeſſorem eximium. Nouerat enim quod cum Chriſtus eſſet ſol ille diuinus, impoſsibile foret illum intelligere ſi ſuum ipſe ſplendorem haudquaquam infunderet. Hoc ſummopere optabat, vt eum Diſcipuli ad ſui ſalutem agnoſcerent. Et hoc quoque nouerat, quod quamuis ipſe. *Lucerna eſſet ardens & lucens*, ſua illi lux non ſufficeret, niſi ſuam Chriſtus ſuperadderet. Ea igitur de cauſa ad ipſam Diſcipulos deſtinat, quatenus illos illuminet, ſeque ipſum illis cognoſcendum aperiat. Nec hoc ignorabat, quod eleganter proſequitur D. Greg. Prædicatorem poſſe quidem, licet Angelus ſit, auditui verba proponere, quibus fidei declaret myſteria, lucem autem ad cordis illuminationem omnino neceſſarium, minimè niſi Chriſtus ſplendorem ſuum adiungat ſupernaturalem: eodem modo quantumlibet aliquis oculis tuis adamātes gemmiſque videndas obijciat, illas nullatenus videbis, niſi ſol illis lucem ſuam aſpergens illuſtrator accurrat.

*Ioan. 5. 35.*

X. Sine Chriſti lumine nulla fides.

*L. 39. moral. c. 16.*

XI. Prædicatores non ſibi fructum adſcribant concionis ſed Chriſto.

*1. Cor. 3. 7.*

His D. Paul. innixus mirabilem illam contra quoſdam prædicatores protulit rationem, qui popularem auram vanamque gloriam ex effectu ſectabantur, quem ſuo iudicio ſuis effecerant concionibus: videbant enim ex Auditoribus plures ad Chriſtianæ fidei caſtra congregari. Fallimini (inquit Apoſt.) vobis effectus huius gloriam adſcribentes: *Neque qui plantat eſt aliquid neque qui rigat.* Hoc quod veſtris cernitis oculis manibuſque tangitis attendite; poteſt quidem Agricola magnâ ſemen induſtriâ terræ mandare, magna liberalitate, magna voluptate: verumtamen indubium eſt, illum ipſum non eſſe, qui hoc agit, vt illud terra in ſua recipiat viſcera, atque in illis radices agat: hoc etenim opus eſt ſolis quem idcirco Philoſophi Patrem dixere viuentium. Poteſt quidem aquam deducere, qua campos irriget: verum vt illa terræ penetralia penetrat, habeatque virtutem in illa producendi, ab eius non dependet manibus, ſed ſolis virtute: hic enim ſuis potens influentijs ac virtute illic operatur intrinſecus. Idem ſit intellectus de fidei myſterijs. Poſſumus quidem nos prædicatores ſemen verbi Dei veſtris commendare auribus & aquas cœleſtis doctrinæ dirigere vt ad veſtras penetrent aures, verùm vt veſtrum hoc cor recipiat & in eo radices figat, nec non fructus viuæ fidei producat: operis hoc non eſt noſtri ſed ſolius Ieſu Chriſti: *Quid Paulus? Quid Apollo? Quid Cephas? Miniſtri eius cui credidiſtis.*

Declarat hoc Euangeliſta Lucas: id referens quod D. Paulo Prædicanti contigit Philippis: quamuis enim plures eſſent auditores, fidem tamen vna tantum ſuſcepit mulier vocabulo Lydia: nam loquente Apoſt. & Euangelicæ prædicationis ſemen iaciente, huic ſoli Deus ſuam contulit gratiam in eius corde operatus, illudque aperiens, quatenus in hoc Dei verbum ingrederetur. *Cuius Dominus aperit cor intendere his, quæ à Paulo dicebantur.* Poterat quidem Apoſt. fidei ſeminare ſemen, ſed quòd illud in corde radicaret, opus erat illius Domini, qui hoc præparauit & aperuit, vt illud reciperet ibique radices ageret in illa ſcilicet corde huius feliciſsimæ mulieris, qui eos omnes in ſua deſeruit infidelitate, qui cum illa pariter Dei verbum audiebant, idque ex iudicio ſuo abſcondito vel ob eorum iniquitates.

XII. Probatur exemplo Lydiæ.

*Act. 16. 14.*

Da à hâc doctrinâ, perpende, quid tibi ſit intelligendum quod nempe fides illa, quam modo habes, quâ Deum eiuſque diuina cognoſcis myſteria eius ſit donum, & cœleſtis illius ſolis effectus: hanc etenim ex ſua diuina miſericordia tibi communicauit: *Fides donum Dei eſt non ex operibus.* Hinc ſequitur quòd in illis ſit mior ſit atque feruentior, qui in anima ſua magis ex hoc participant ſole illam illuminante. Sol eſt qui gemmas illuminat, illaque amplius de eius luce participat, quæ ſolem habet ſibi viciniorem. Quam ſplendide lucerent adamantes, qui non ſolum lucis illius radium foris acciperent, ſed intus, in ſeipſis ipſum ſolem perfe-

23.

*Epheſ. 2. 9.*

XIII. Fides eſt donum Dei.

ctiſsimè

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XIV. Chriſtus vt ſol viciniores magis illuminat.

ctiſſimè concluderent? Sol eſt Chriſtus, qui animas in Dei cognitione illuminat, illa verò clarius illum habebit, qui diuinum hunc ſolem ſibi habuerit viciniorē ille verò multò amplius qui illum in ſeipſo receperit: quam perfecta Angeli atque ſancti in cælis luce illuminantur? Tanto ſplēdore illuminātur, vt Deū ipſū eiuſq; myſteria clariſsimè cōtēplētur: eo quòd in ipſis in eorum ſingulis ſol ille cæleſtis perfectiſsimè inſit per conſummatam gratiam, & cum ſingulis eorū per gloriæ lucem vnitus intimiùs. Hoc D. Ioan. declaratum fuit dum ab Angelo cæleſtis illa Ciuitas ei demonſtratur luce radiata adeo clara, vt ei comparata meridiana lux noſtra tenebræ ſint: & intuitus vnde tanta lux procederet, nec ſolem vidit, nec lunam, nec ſtellas, nec faces, ſed agnum tanto ſplendore coruſcum vt mille ſoles luce ſua longe ſuperaret: *Lucerna eius eſt agnus* Factus eſt autem Agnus

Ap. 21. 32

ille in ſingulis illius Vrbis Ciuibus ſol fulgentiſsimus, vnde eorum ſinguli claritate fulgebāt mille ſolibus ampliori. Si hic abacus ſtatueretur adamantibus exornatus quibuſdem maioribus, atque alijs minoribus, & in ſingulis eorum ſol luceret ardentior, quales eſſent? Quàm clari? quàm illuminati? quàm illuſtres? Omnes & ſinguli ſol eſſe viderentur.

XV. Similitudo.

Oſtendit Deus Michææ Prophetæ Cælites in ſymbolo adamantum: idque pluribus de cauſis, quas modo non vacat explanare. Quid eſt cœlū niſi ſcrinium adamantum? O quàm eximium? O quàm pretioſum? O quam innumerabilis eorum multitudo; quidam maiores, alij minores. In ſingulis eorum ſol eſt, quem in ſeipſis ſinguli eorum per admirabilē illapſum cōplectuntur vt Dominica 2 diximus. Hinc intellige quanta ſit illa lux: quanta claritas quā beati perfruuntur? In hac vita ſimiliter eſt & manet diuinus ille ſol in electis per gratiam, quem intra ſe concludunt: *Chriſtus habitat in vobis.* Aiebat

Ep. 3. 17.

illis Apoſtolus hinc illis oritur lux quædā eminentiſſima præcellentis Dei eiuſque myſteriorum cognitionis, tantò clarior tantòque illuſtrior, quanto in ſeipſis interiùs per maiorem gratiam ſolem hunc comprehendūt perfectiùs. Hinc ſcientia illa ſcaturit quam in ſanctis miramur, adeo ſublimis vt multi eorum, qui nec primis quidem labris litteras guſtarant, in admirationem ſapientes illos raperent, quibus mundus non agnouit ſapientiores, Sicut de ſancto Antonio narrat D. Au. & luce clarius patet in S. Franciſco atq; eius ſocio. Frat. Ægidio, de quo aliàs diximus quòd, dicere ſoleret ſibi videri, quòd congruentius diceret ſe myſteria fidei videre quàm quod illa crederet. Cognitione adeo profunda illuſtrātur, vt iam hæc illis incipiat eſſe gloriæ principiū: illud circa quod, vos ipſos non parum turbatis, quia non capitis, illi cum ſumma mentis voluptate contemplantur.

XVI. Quæ ſides eſſe dicatur fructus Spiritus S.

Quocirca Theologorum Princeps D. Thom. declarat id quod ait Apoſt. duodecim enarrans fructus Spiritus S. inter quos recenſet ipſam fidem *Fructus autem ſpiritus ſunt gaudium pax &c. fides.* Qua ratione inter fructus fidem annumeras? fructus eſt ille, qui cum voluptate ſumitur: Myſteria verò fidei non illa ſumit intellectus cum voluptate; imo potius ſic illum omni priuant voluptate, vt neceſſe ſit quòd voluntas eum liget captiuūque teneat ad illa credendum. Deinde fides principiū eſt, quod ad cognitionem myſteriorum Dei præſupponendum eſt: idcirco enim fidem vocat Apoſt. *Subſtantiam rerum ſperandarum &c* Id eſt fundamentum. Fructus verò vltimum eſt, quod colligitur. Qua igitur ratione fructus eſſe perhibetur? Notes cū D. Thom. quod fides illa quam Apoſt. fructum aſsignat Spiritus S. non ſit illa, quam inter tres virtutes numeramus theologicas: hæc etenim inter fructus non reputatur ſed virtutibus annumeratur, ex quibus velut ex radicibus fructus pullulant: Sed eſt cognitio quædam ſingularis quam ſancti habent de diuinis myſterijs, quæ fides credenda proponit. Vt enim in ſe diuinum hunc poſsident ſolem tanto lumine ſunt illuſtres vt nedum fidei credant myſteria, verum in illis ſint adeo ſecuri tantamque eorum habeant cognitionem vt iam illorum anima ex eorum conſideratione gaudio perfundatur ineffabili.

Gal. 5. 22. 12. q. 70. a3. & in c. 5. Gal. lect. 7. Heb. 11. 1.

Admirare ea, quæ in ſanctorum faſtibus legis, quos iubilos, quas exultationes, quas conſolationes ſentiebant hæc fidei myſteria attenta mente reuoluentes: Quantò magis ſol ſecedit & à te recedit vel tu ab eo, tantò magis viſus obnubilatur teque tenebræ ſic obumbrant, vt poſt puſillum omni te doleas luce priuatum meridiana. Sol hic corporalis ſecedit ſeq. tibi ſubtrahit, te licet inuito & dolente, *Oritur ſol & occidit.* Chriſtus autem nequaquam ſecedit, ſed tu illum repellis, tu per tua peccata te ab illo procul. *Iniquitates veſtræ diuiſerūt inter vos, & Deū veſtrum, & elongauerunt bonum à vobis.* Sic expoſuimus in Parabola prodigi: Ille etenim abijt & à Patre ſeipſum elongauit, Quantò magis

Eccl. 1. 5.

XVII. Diſsimilitudo inter ſolem & Chriſtū quoad occaſum.

Hier. 59. 2

peccata multiplicantur tantò te ab hoc diuino longiùs ſubtrahis ſole: vnde hoc oritur vt tantò fidei lux in te decreſcat amplius, quantò peccatorum numerus magis accreſcit idque eo modo, vt aliquando omnino lux fidei occidat vt patet in perfidis hæreticis de quibus cum Iob dicere poſſimus. *Ipſi fuerunt rebelles lumini.* De quibus alias dictum eſt. An tuam vis tutam ſtabilire fidem? an deſideras vt accepter & augeatur myſteriorum fidei cognitio? An exoptas ſuperare tentationes, quæ ſæpius hac in materia te perturbant? Ad ſolem hunc per opera bona, confeſſionem integram, & piam accedito communionem: Experieris etenim id, quod ait Propheta regius qui ſi quis alius ex hac luce participauit: *Accedite ad eum & illuminamini, & facies veſtra non confundentur.*

☞ 24. L. 10. ep. 84. ad demet. Iſai. 16. 12.

§. 8. *Chriſtus velut ſol operatur in nobis ſine libertatis noſtræ detrimento.*

I. Dei cooperatio non officit libertati arbitrii. D. Amb.

HOc ipſum argumentum proſecutus D. Ambr. Simul articulum explicat ſatis profūdæ theologiæ & formā, quā Chriſtus bonū quod habemus & agimus, in nobis operatur. Ne cogitaueris quod quamuis ipſe horum omniū Auctor ſit illiq; poſſis dicere *Omnia opera noſtra operatus es in nobis Dñe:* Idcirco tibi liberū adimat arbitriū. Obijcies inquit D Ambr. Si quidquid boni facimus & habemus, opus ſit diuino ſoli adſcribendū, quid ego facio? videtur enim quod ipſum illud à meo libero tollas arbitrio: *An forte verendum eſt, ne liberum tollere videamur arbitrium, cum omnia per quæ operatur Deus, ad ipſum eſſe dicimus referenda?* Hoc ſcias quòd dum in te Chriſtus operatur, tuam mouens voluntatem, illamque efficaciter ad bonum determinans, non tibi liberum tollat arbitrium ſed quòd illud adiuuet, foueat, roboret, & confortet vt poſſit id, quod ſine eius gratia & auxilio, illi foret impoſſibile. *Operante ipſo adiuuatur arbitrium non aufertur.*

II. Similitudo.

Sic D. Ambrſ. hoc ipſum in figura ſolis attende. Tanta producit ſol quanta diximus, & exemplum ſtatuamus in arboribus: in Amigdalo: etenim gignit Amigdala, in Piro pira, in Pomo poma, in Ceraſo ceraſa, non tollendo tamen nec alterando vel vnius harum arborum naturam non illis vim inferendo, ſed eam conſeruando, non ab anima vegetatiua ſuas proprias ac naturales auferendo actiones, ſed etiam in ipſis adiuuando: Quamuis enim ipſa ſit quæ realiter folia, frutices, flores, fructuſque germinet, illoſque nutriat atq; ad perfectionem perducat: verùm ita cum virtute ſolis. vt quidquid agit, totum agit fota, mota, & adiuta virtute ſolis, in qua ſuis influentijs intrinſecus operatur, vnde cuiuſque arboris naturam conſeruans in vnaquaque producit, & ſimul illæ ſuos producunt fructus vt fari liceat, quòd ſol illos producat arbores adiuuans, & illæ ipſos producant a ſole confortatæ.

Eodem modo ſol iſte diuinus producit quidquid boni prouenit in arboribus Eccleſiæ, totaque natura humana: non tamen illam alterans, non illi vim inferens, non ab ea auferens, quod ab ea eſt inſeparabile, id eſt, non tollens eius libertatem, ſed eam adiuuans, eius potentijs in actionibus ſuis fauens, ita vt nullum fiat bonum abſque eius concurſu & influxu cæleſti, veruntamen ſine vllo genere violentiæ in ſingulis effectus producens ſuæ naturæ conformes, Et cùm hæc in homine ſit libera, taliter concurrit, vt id quod in ipſo & per ipſum operatur, fiat, ipſa hac eadem concurrente libertate; ita vt hic pateat illud Salomonis. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* Hæc eſt eius Sap. 8. 1.
illa ſuauis diſpoſitio, vt, cum ita ſit quod quidquid boni fit per eius fiat virtutem quam communicat, hoc cum tanta fiat ſuauitate, vt illa virtus concurſus, influxus, & adiutorium in vnoquoque agente iuxta ſuam naturam ſe modificet, & cum cauſis neceſſarijs, effectus producat neceſſarios: Cum contingentibus contingentes: Et cum liberis liberos. Doctrina eſt hæc profunda verum hanc explicauit, qui ſpiritum Dei tanta gratiæ plenitudine habuit, vt illud clarius in Theologia explanauerit quod ceteris videbatur eſſe obſcurius D. Thom. illudque tam planè eius Commentator Card. Caietanus ac ſubtiliter expoſuit vt nulli intellectui gloriæ diuinæ gratiæ Zelatori eiuſque auxilij efficacis defenſori vllum maneat offendiculum.

1. p. q. 19. a. 8. & q. 22. a. 4. 1. p. 13. & q. 19. a. 4. l. de Hie. 4.

Aliam ſimiliter doctrinam elicit D. Ambroſ, quam nobis ſignum illud ſolis exponit: licet enim verum ſit, quod prædiximus, Chriſtum eſſe, qui operatur quidquid in nobis bonorum operum meritique inuenitur in ordine ad diuinam ſuam gratiam & gloriam: Non tamen tua diligentia, tua excluditur in operando ſedulitas, imo declaratur eſſe neceſſaria: nam licet veritati conſonum ſit, quòd quotquot fru-

III. Noſtra tamen hic requiritur cooperatio.

ctus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctus arbor producit, opus ſint ſolis eiuſque virtu-
ti adſcribendi : ſi tamen arbor non concurrat pa-
riterque operetur, quod ſi ſterilis ſit, nec ani-
mam habeat vegetatiuam, quâ humorem de
terra exſugat : eumque in ſe digerat ad fructifi-
candum, nullos proferet fructus infœcunda : ad
rem ponderat D. Ambr. ep. 84. illud Apoſtoli ad
Thimotheum Diſcipulũ ſuum. *Collabora Euan-*
2. Tho. 3. *gelio ſecundum virtutem Dei, qui nos liberauit*
*& vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundum*
*opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum & gra-*
*tiam.* Non ait *labora* ſed *collabora* quod ſignifi-
cat pariter vel ſimul laborare. Cum quo? Cum
Deo, cum Chriſto, cum diuina eius gratia, ſicut
declarauit ſe hoc modo laborare Apoſt. *Plus om-*
1. Cor. 15, 10. *nibus laboraui, non ego ſed gratia Dei mecum.*
Eo modo quô alias explicauimus orationẽ Salo-
monis. *Emitte illã vt mecũ ſit & mecũ laboret.*

§. 9. Ego ſum lux mnudi. *Vltimo declarat quod ipſe eſſet, qui veniret, Iudæorum deſideria completurus.*

☞ 15. QVartò intendit Dominus hoc lucis ſymbo-
lo manifeſtare Iudæis id quod ipſis erat,
cum quibus loquebatur. *Iterum ergo dixit*
I. *eis Ieſus Ego ſum lux mundi* Notes aduerbium
Flagrat illud *Iterum.* Sæpiùs illis fuerat locutus, dixe-
Deus no- rat, atque propoſuerat quæ pro ſalute ſua illis eſ-
ſtræ ſalu- ſent credenda, & Æthiopem lauerat: non ob hoc
tis deſi- deſtitit, ſed denuo reuertitur: *Iterum dixit eis.*
derio. Quam ardenti flagrabat Chriſtus deſiderio in
cordibus horũ contumacium operandi, eorũque
obfirmatam emolliendi malitiam, ea de cauſa ſe-
mel & iterum reuertitur. Ipſe eſt arca illa diuina,
quæ vt muros ſeditioſæ euertat Ciuitatis Ie-
richo, eandem ſæpenumero circumit. Agricola
eſt ille diuinus: nam ſi ad primum & ſecundum
ictum quercus illa duriſſimi Iudæorum cordis
non ſuccumbat, alterum & alterum ingeminat.
*Iterum.* Indubium eſt, teſte Spiritu S. quod ſa-
pientia diuina nullatenus ſit ab iniquitate ſupe-
randa, *Sapientiam non vincit malitia.* Malitia
Sap. 7. 30. Dæmonis ad vnius animæ perditionem adeo eſt
obfirmata, vt ſemel & ſæpiùs recurrat num-
quam fatigabilis, quocirca illam Deus compa-
rat incudi. *Sicut malleatoris incus infatigabilis.*
Ib. 41. 15. Et cum ingreſſum hac horâ non inueniat oppor-
tunum, alterâ reuertitur, quod ſi minimè ex
hac parte, per aliam tentat, & ſi hoc non ſucce-
dat medium, applicat aliud. Non ſegnior in
perſeuerando oportet vt ſit Dei ſapientia ad no-
ſtram ſalutem. Non enim minus noſtrum bo-
num, quàm Satan noſtram exoptat perditionem.
Si namque vnica vice affectum non produxerit,
altera & altera reuertitur: etſi ad primum non
reſponderis impulſum, iterat ſecundum: quod
ſi heri aperueris, recurrit clamans & altera
vice hodie: quod ſi illac ingreſſum illi nega-
ueris, hac denuo redit ardentiori feruens deſi-
derio benedictionibus implendi, quam Balaam
maledictionibus quando Dei populo maledictu- Num. 23. & 24.
rus altaria, conſpectus, & præſtigia ſæpe per-
mutauit.

Hoc Chriſtus perfidis illis varijs in occaſioni-
bus expoſuit: in parabola de vinea, in ſimilitu-
dine de Patrefamilias qui vicibus iteratis varios
famulos miſit fructum frugemque petituros: &
de Rege, qui ad cœnam & nuptias filijſui vo-
caturus miſit ſeruos ſucceſſiue varios, vt inuita-
tor hortarentur venire, illos ſemel & ſæpius, vt
amoroſis, ſic doloroſis illis verbis alliciens. *Ieru-*
*ſalem Ieruſalem* &c. *Quoties volui congrega-* Matth.
*re filios tuos quemadmodum gallina congregat* 23. 37.
*pullos ſuos ſub alas.* Quàm feruenter, quàm
amanter elicitat gallina pullos alliciens? *Quo-*
*ties?* Non toleranda fuit illa Pharaonis durities: II.
cum enim illi Moyſes crebro loqueretur, eum- Obſtina-
que flagellis ſæpè cæderet durioribus, aures ta- tiores
men aperire eumque audire contempſit. Obdu- ſunt Pha-
ratior eſt hæc Iudæorum peruicatia: cum enim raone
illis ipſe Deus ſæpenumero loqueretur nunc Iudæi &
blanditijs, nunc minis, nunc promiſſis, nunc ter- non ipſis.
roribus non illum audiunt: Sed nec minor eſt
illa tua contumacia. Quoties, heu quoties ad tuũ
Deus cor acceſſit tacitas inter perſonãs voces, qui-
bus tibi acclamat: ô Chriſtiane, quo vſque tandẽ
vita hæc perſeuerabit inhoneſta? Attende hanc
tibi tranſuolare celeriter: Caue ne te mors ino-
pinatum arripiat: conſidera te periculum æter-
norum incurrere cruciatuum. Reuolue te Deum
grauiter offendiſſe. Perpende Dæmonẽ in te ſuſ-
cepiſſe dominium. Tibi heri locutus eſt, & hodie
iterum loquitur. *Iterum:* Anno præterito ad cor-
dis tui pulſauit oſtium, & hoc anno reuertitur
multoties tibi proponens gloriam cuius iactu-
ram pateris; aliàs flammas tibi ſempiternas ob-
ijciens ad quas celeri feſtinas pede: tu verò
ſemper pertinax obſurdeſcis: vt tibi poſſit hoc
exprobare: *Tota die expandi manus meas ad*
*populum contradicentem mihi* Tota die, & ho-
ris omnibus manum ſuam extendit quã fortiùs

animę tuæ pulſat oſtium, tu verò ſemper oclu ſo ſurdus oſtio perſeueras. Viſum eſt D. Hieron. Nihil eſſe facilius ac minoris operæ quàm illius obliuiſci veritatis quam prædicator Dei; Miniſter inculcat. *Velox eſt obliuio veritatis.* Probat autem hoc exemplo Regis Nabuchodonoſor; hiſtoriam narrante Daniele ſomnium habuit vt notum, ita repertum, illius ſtatuæ, cuius caput auro conſtabat, pectus & brachia argento, venter ære, tibiæ ferro, pedes partim ferro partim luto. Cernit intempeſta hora lapidem de monte reſciſſum ſine manibus viri alicius, qui in huius ſtatuæ pedes collidat; & aurum, argentum, æs, ferrum, ac lutum omnia hæc in puluerem arenæ ſimilem colliſa rediguntur. Rex expergiſcitur & licet non parum turbatus ſomnij tamen obliuiſcitur. Conuocari iubet diuinos, Aruſpices, ſapientes, Chaldæos qui ſomnium edicant, eiuſque proferant ſolutionem. Nullus ad hoc ſufficit, ſilent omnes. Prodit in medium Daniel, cui Deus ob ſingularem ſuam abſtinentiam, puritatemque virginalem donum conceſſit explicandi ſomnia ſupereminenter, quæ ex particulari impreſſione diuina procedebant. Ad memoriam illi reuocat, quod viderat ſomnium aitque: tu Rex illuſtriſſimè ſtrato decumbens cogitare cœpiſti, quid de te futurum eſſet quid que poſt mortem tuam tandem aliquando euenturum. O quam ſalubris foret hæc in te, & in me, & in omnibus cogitatio, quando noctibus expergiſcimur, quid de me fiet? Quis mei aliquando terminus? Quid de illis fiet, quæ tantò lucratus ſum & accumulaui deſideriò? Deus tuo vult voto ſatisfacere. Noueris ergo ſtatuam hanc mundi præferre monarchias: caput aureum tu ipſe es, tuaque monarchia, ſcilicet Chaldæorum. Sequetur autem illa Medorum & Perſarum per argentum deſignata. Illos inſequentur Græci, quorum ſymbolum eſt æs ob eloquentiam. Illis ſuccedent Romani, Imperium ferreum quod domabit omnia, ſibique ſubijciet. Sed hæc omnia, ſubuerſa finient & in puluerem reuertentur, tu autem primus, qui caput refulges aureum. Itaque, tu Rex, exterminandus es, tuumque Regnum, & omnia in puluerem immutanda. Audit hæc Rex tantamque haurit ex his ſcientiam; vt in terra pedibus Danielis aduolutus, eundem & Dei miniſtrum ſanctumque verbi Præconem pronus adorauerit vtique qui tales tantaſque illi veritates aperuerat; Quibus hiſt. 2. cap. Dan. terminatur.

*In c. 3. Dan. in principio.*

III. Velox eſt obliuio veritatis: probatur ex hiſtoria Nabuchodonoſor.

Videa' Regem compunctum, temperatum & hominum iudicio conuerſum? Immediate ſequitur cap. 3. Quod ſic orditur Daniel. *Nabuchodonoſor Rex fecit ſtatuam auream, altitudine cubitorum ſexaginta, latitudine cubitorum ſex.* Præcipit autem ſub pœna capitis illam ab omnibus adorari. Cuius erat illa ſtatua? Illius Tantam hic Regis mirare inſaniam, qui ſtatuam ſuā, vt Deū, velit adorari. Quid igitur de ſe credet, cum ille longè pluris quam ſtatua ſit æſtimandus? Quis credat quòd in talem laberetur imprudentiam tantumque à vero quis aberraret, cum iam vix illa Vates abſoluerat quibus in puluerem eum reuerſurum eſſe prædixerat: Credit illi & prædicatorem reueretur, nihilominus tantillo elapſo ſpatio opera facit adeo illis contraria quæ ſibi prius fuerant intimata. Nihil hoc te moueat ait D. Hier. *Velox obliuio veritatis vt qui dudum ſeruum Dei, quaſi Deum adorauerat, nunc ſtatuam ſibi fieri iubeat, vt ipſe adoretur in ſtatua.* Oblitus eſt veritatis ſibi propoſitæ, tantūque recordatur eius quod audierat ſe caput eſſe aureum. Fuit hæc eſca tantæ ſuperbiæ quâ in tam inanem delapſus eſt amentiam.

Dan. c. 3.

D. Hier. Tom. 5.

Sæpè ſatis hoc nobis contigit vt prædicatorem nobis concionari & nos omnium eorum quæ dixit obliuiſci ſimul iungantur; & pari paſſu ambulent illorum prædicatio & noſtra obliuio. Dicato mihi: num eius recorderis, tu, quod iam ab anno, imo à principio huius quadrageſimæ de Cathedra prædicatum audiſti? Populo labilis adeo memoriæ neceſſe eſt eaſdem ſæpe repetere veritates vtque reuertamur hoc anno, & heri & hodie & cras: *Iterum dixit eis Ieſus.* Patrauerat Dominus in Paralytico miraculū, ad Piſcinā cuius occaſione præcellēriam illis operum expoſuerat ea videlicet eſſe diuina: Quidquid illis dixit, confeſtim memoria excidit, illud ſolum recordantur, quod Dominus ſignum hoc fecerat in ſabbato, ſibique perſuadent, quod ea de cauſa illius poſſent detogare ſanctitati & calumniari poteſtatem. Siccine ergo illius quod vobis dixi, obliuiſcimini? *Iterum ergo dixit eis Ieſus.* Cum igitur multoties obduratis illis locutus fuiſſet Pharaonibus illis licet in malitia ſua peruicacibus, non ideirco ſe ſuperatam diuina patitur ſapientia æternaque miſericordia: quocirca *iterum ergo dixit eis.* Et quid illis dixit? *Ego ſum lux mundi.*

26.

IV. Hoc nobis applitur.

Aduenit Dei filius, qui ſatis faceret, & hominum deſideria compleret hoc autem executus eſt eo modo, quo cecinit Dauid. *Qui replet in bonis deſiderium tuum.* Hominis damnum non tantum

V. Aduenit Deus hominis im-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tantum in deſiderando fuit quantum in volendo
plens vota. ſuis ſatisfacere libidinibus medijs adeo peruer
ſis : non enim per hæc tantummodo id, quod tan-
Pſ.102.5. topere deſiderabat non obtinuit, ſed ſeipſum in
contrarium doluit eſſe propulſum : adeſt filius
Dei vt his ſatisfaciat deſiderijs, idque bonis me-
dijs, & quæ eius conueniant intentioni. Primum
deſiderium quo efferbuit homo, fuit diuinitas,
vtque eſſet ſicut Deus. Ad huius conſecutionem,
medium hoc ſumpſit ſibi a Diabolo propoſitum
ſuadente vt vetitum arboris fructum deguſtaret,
diuini mandati tranſgreſſor. Comedite (horta-
Gen.3.5. tur ille) *& eritis ſicut Dij* Eius hæc fuit do
lenda miſeria, vt nedum per hoc medium aſcen
derit, aut obtinuerit Dei ſimilitudinis altitudi-
nem, ſed eò delapſus eſt, vt ad iumentorum ſine
Pſ.48.13. intellectu ſimilitudinem deijceretur : *Homo cum
in honore eſſet non intellexit comparatus eſt iu
mentis inſipientibus. & ſimilis factus eſt illis.*
Aduenit Dei filius & ait : Animæquior eſto, &
attende velle me vt tuum deſiderium impleatur,
non per media inordinata & tantæ altitudini
improportionata, ſed huic rectè conuenientia.
Ipſe me cibum tuum componam, tibique car-
nem meam tribuam, cui incorporata eſt tota
diuinitatis plenitudo, quatenus te nutriens illâ
ad ſimilitudinem aſcendas Dei, cum Deus in te
ſit, & tu in Deo, vnumque quid cum illo te red-
Ioannis 6.55. das : *Qui manducat meam carnem & bibit
meum ſanguinem in me manet & ego in eo.*
Diues eſſe homo concupiuit, multarum opum
ardelio, medio autem quo ad hoc vſus eſt, fuit
ſeminare in terra, meſſem colligere, horreiſ-
que concludere : Deinde vt congeſtas ſuas cuſto-
diat opes, ſeras nouas clauesque ſuis arcis affige-
re, granaria latiùs extendere, ſuaque ampliare
cellaria. Per hoc autem medium nedum hoc non
obtinuit homo, vt diues eſſet, imo potius in ex-
tremam adeo delapſus eſt paupertatem vt hora
mortis imminente horum omnium ne acicula
ſupereſſet, vnde in æternam cecidit bonorum
omnium inopiam. Accedit Dei filius atque Eu-
ge age ô homo, diuitias appetis? Formam ergo
tibi præſcribam quâ illas aſſequaris tuaque ac-
creſcant bona & ſementis tua centuplum accu-
Matt. 6.19. muletur : *Theſaurizate vobis theſauros in cælo,*
&c. *facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt,*
Luc 12.32. *theſaurum non deficientem in cælis.* Attendite
vobis, infelices, non enim ex ijs quæ colligitis,
ditiores euaderis; hæc enim vobis nõ remanebũt:
ad ortum namque auroræ cuncta deſeretis, vt il-
lis veſtri gaudeant ſucceſſores: volo autem & opes
illæ vobis tutæ ſaluæque remaneant: *Theſauri-
zate vobis : facite vobis ſacculos*, &c. Seminate
in pauperibus : hos enim vobis vt terram aſſigno
quæ vobis mille pro vno reddet : illi verò veſtros
eo deferent theſauros vbi ijſdem in omnia ſæcu-
la frui valeatis.

Dei viſionem exoptabat homo, cumque ſpecta-
re viſibilem : cum enim ſit corporalis, non ſibi ſa- VI. Quod fuerit idololatriæ principium.
tisfactum credit, niſi ijs, quæ corporalibus ſuis
contemplatur oculis. Vt huic ſatisfaceret deſide-
rio, ipſe ſibi Deos effinxit aureos, argẽteos, æreos,
lapideos, ligneos. Hoc quantum ſcio, ſignificat
Spiritus S. declarans qualiter in orbem introdu-
cta ſit idololatria. Non cum mundo nata eſt, in-
quit, *Non erat ab initio idola : ſuperuacuitas
enim hominum hæc adinuenit in orbe terrarum.* Sap.14.13.
Quid innuit per hoc *ſuperuacuitas hominum?*
Credo indicare, quòd homo ſeipſum vacuum &
nullo ſecuro nixum fundamento repererit : hoc
elicio ex eo, quod Spiritus S. in eodem libro, in
eodem ſenſu, idem vſurpet verbum. Expendens
enim veſaniam, in quam homines circa hanc ma- Sap.11.16.
teriam corruerunt ait : *Adorauerunt mutos ſer-
pentes & beſtias ſuperuacuas* Non capio, quid
ſibi velit. Beſtiæ in quibus nullius generis quid
erat æſtimabile, velut veſpertiliones, bufones, la-
certi &c. Idem ijſdem poſtmodum verbis reperit:
*Æſtimantes hæc quæ in animalibus ſunt ſuperua-
cua.* Sic de ſculptore loquitur, qui ſtatuas effor- Sap.12.24.
mat, quas viuere dixeris, nullum attamen habent
vitæ fundamentum : *Res ſuperuacuas fingit* :
Deinde ait *terra ſuperuacua*, quæ nihil in ſe
continet boni. Iterum *aqua ſuperuacua*, quæ nul-
lum in ſe ſoliditatis, cui inniti liceat, poſſit habe-
re veſtigium Inopem igitur ſe homo doluit omni
virtute naturaliter enim cognoſcit, quod ſeip- Sap.15.10.
ſum non creauerit, multaque nimis ſua ſit infir-
mitas, nec non mille periculoſis exponatur occa- Sap. 14.19.
ſionibus viribus impos ad illas euadendas : dein-
de quòd ſecluſo fauore ſuperiori ſeipſum conſer-
vare nequeat incolumem. Hoc cognouit, ſibi ne-
ceſſarium eſſe Deum adiutorem. Illum diligen-
ter inquiſiuit deſiderans illi occurrere : vt autem
erat carnalis & corporalis, contentus non erat
niſi Deum offenderet corporalem.

Igitur ſpeculati ſunt homines ea, quæ videbant,
vel imaginabantur quænã eſſẽt, à quibus aliqua-
liter dependebant, vel aliquod recipiebant be-
neficium vel imaginabantur ſe poſſe recipere:
& ex illis ſibi Deos elegerunt : vnuſquiſque au-
tem ſibi Deum efformabat, imo ſinguli multos,
in quos omnem ſpem ſuam conijciebant. En

tibi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tibi principum idolatriæ: *Hanc enim introduxit ſuperuacuitas hominum.* Et ſine fundamento vanitas, cum nullum eſſet cui poterant inniti, quare quælibet inquirebant quæ ſibi illud credebant poſſe largiri: *Superuacuitas hominũ hæc adinuenit in orbe terrarum.* Hinc tantos excitarunt Deos, quantos excitaſſe nouimus, vt illi ſuccurrerent eis, atque auxilium ferrent in hoc; ad quod ſibi vires deficere cognoſcebant: exempli gratiâ, vt arua referrent fructus, ad ſecundam nauigationem, ad proſperam ſalutem, ad vitæ conſeruationem, ad ſcientiam, ad robur, ad felicem mulieris partum, ad fauſtam puerorum in iuuentute educationem, de quibus ſupra. Quemlibet vſui vitæ humanæ congruum quidpiam adinuenientum illico, in album referebant Deorum. Sic Æſculapium Deum creauerunt, vtpote medecinæ auctorem: Bacchum vini potus inuentorem? Cererem vſum panis docentem, & adoleſcentem vſum aratri deſignantem: Stercutium, vtpote camporum ſtercorandorum Præceptorem: Herculem, eo quod viribus ſuis fortior ferocia monſtra hominibus nociua de terra longiùs exterminarat.

27 VII. Vnde idololatria vitium. *Aug. l. 8 de Ciu. c. 15. Pludon Dran. p. 4. Ion. c. 10.*

Expræmiſſis hoc intelligimus Iſraelitarum facinus, dum enim deſerta illa parambulant inania quoſ, vires ſibi arbitrati impares ad egreſſum, & terræ promiſſionis ingreſſum, illis deficiente Moyſe ductor eo quod e montem aſcendiſſet cum eo familiariùs acturus ad Aaron vnanimes feruentes deſiderio conueniunt poſtulantes inſtanter: *Fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Et erecto cõflatili vitulo omnes feſtiua gaudia celebrantes ſibi mutuo congratulabantur voce conclamantes altiori: *Hi ſunt dÿ tui, Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti* Et in terram ducent, quo tendis, promiſſionis. His ſibi ſatisfactum gaudebant Gentiles, ſua habentes idôla, illis confidentes, & (ſi Ciceroni credimus orat: pro Flac.) tantò ſe credebant ſecuriores, quantò coram oculis ſuis Deorum cernebant maiorem aſtare multitudinẽ. Vnde Romani omnes omnium Deos acceptabant nationum: & Numa Pompilius ſecundus eorum Rex in regni ſui principio confeſtim quotquot potuit Deos ſuis comites adiunxit: credebat enim tantò Romã ſecuriorem, quantò Dijs foret abundantior quibus occurrerent, quocũque pergerent oculoſque declinarent; quinimo ex hoc ludibrio habebant Dei populum: hinc lachrymoſa illa & perpetua Dauidis querimonia (ſic eum explicante D. Aug.) *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies: vbi eſt Deus tuus?* perpetuas effudi triſtis lachrimas ex nimia cordis amaritudine quâ me per ſingulos dies lancinabant interrogantes: *Vbi eſt Deus tuus* i. d. ad me Gentiles conueniunt & obijciunt: ô Dauid nemo ignorat ſine Deo viuere poſſe neminem: vnde nos habemus non vnum ſed multos, eoſque quocumque pergimus, inuenimus adeo viſibiles vt illos indice demonſtremus: vnus Solem: alter lunam hic ſtellas, ille earum ſtatuas &c. En tibi Dij noſtri, tu autem Dauid: *Vbi eſt Deus tuus?* Deus eſſe debet tuæ tantum imaginationis & intellectus tui Chimæra efformatus, cum illum nec videas nec digito monſtrare valeas: *Vbi eſt Deus tuus.* In Pſ. 41

VIII. Deum quærebãt homines viſibilem.

Hinc illa plena ſolatij legatio, quâ Deus Prophetam miſit Iſaiam qui amicis ſuis populoque electo certiùs promitteret, quòd oculorum eius eſſet lachrimas abſterſurus, ejus complens deſideria eo ſcilicet die, quo mundo feſtiuum præpararet ipſe conuiuium: *Auferet dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra* Id eſt perfecta vos Dominus re mulcebit conſolatione auferetq; opprobriũ quo Gentiles, Idololatriæ cordis veſtri penetralia vlcerabãt, veſtriſq; per omnia ſatisfaciet, cœleſti quodam bono, deſiderijs: *Qui replet in bonis deſiderium tuum.* Hoc etenim aget: vt Deum his beatis oculis veſtris adeo ſpectabilem vt illum valeatis digitis percunctanti: *Vbi eſt Deus* demonſtrare. *Et dicet in die illa, Ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum, & ſaluabit nos.* Talem hodie populo ſpectandum objicit dicens: *Ego ſum lux mundi.* Videte me cognoſcite me, vt enim ſol me veſtris oculis offero viſibilem iamq; verificatur illud: *In terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.* Iſa. 25. 8 Baruch. 3. 38.

### §. 10. *Inter falſos Deos ſol principalis à Gentilibus adorabatur magis autem à Iudæis.*

28. I. Minores idololatræ ſolis fuerunt

ELeganti proponitur induſtria ſub ſymbolo ſolis Chriſtus Dominus: namque notæ ſint hominum inſaniæ qui creaturas vt Deos adorarunt minores tamen illæ fuerunt eorum, qui ſolem vt Deũ coluerunt, Sicut enim illud

pro

[adoratores.] pro Deo venerati ſunt, quod virtute aliqua videbatur pollere vel robore cæteris ſuperiore, ad cuius poſſent vmbram confugere, in nulla mundi creatura hanc nouerant euidentius virtutem, quàm in ſole, ab illo etenim dependet quidquid boni in vaſta hac machina cæli terræque continetur. Si namque luna pulchritudine fulgeat, ſtellæ lumine, planetæ ſplendore, cæli claritate, hæc omnia ab ipſo ſole, quem Philoſophi fontem luminis appellant, dependent & quæcumque à corporibus illis cæleſtibus dimanant influentiæ, aliįſque ſyderibus maioribus ac minoribus ab eis communicata per ſolem virtute

[Vide Pined. in Iob 36. vers. 29.] ſcaturiunt. Dein clarum eſt, quidquid in terra boni producitur ſolis tribuendum eſſe virtuti, qua de cauſa ab Hebræo vocatur *Semes* id eſt naturæ terræque ſponſus, omniumque creaturarum Pater, quæ in ea producuntur: *Maritus creatæ naturæ Pater rerum generabilium & terræ ſponſus.* Per hanc vniuerſalem virtutem à Deo ſoli communicatam iam ipſe quaſi Deus præuidit quòd illum homines rudiores ac hebetiores, vt Deum adorare poſſent & venerari: quo circa in eius creatione homines ab hoc conatus eſt potenter errore reuocare.

[II. Cur quarto tantum die creatus ſit ſol.] Quæſtionem obijcit D. Chyſoſt. quam ijſdem verbis proſequitur D. Ambr. cur Deus quarto die ſolem creauerit, quando iam alij tres præceſſerant qui ſinguli per ſuum mane & veſperi deſcribuntur, & in primo lucem creauerat, in ſecundo aquas diuiſerat, firmaueratque firmamentum, in tertio herbas virentes arboreſ-

[Hom. 6. in Geneſim lib. 3. Hexam. c. 6 & l. 4 c. 1.] que fructiferas, dicendo: *Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum &c.* His ita creatis ac diſpoſitis quarto die ſolē producit, cæteraq; luminaria, quis forſan dixiſſet omnium primo creandum fore ſolem, cum ipſe ſit om-

[Ge 1. 11.] nium creaturarum in hoc mundo viſibili venuſtiſſimus. Eius excellentiam cæteris ſuperiorem decantat Pſalmiſta David tres eius nobis proponens prærogatiuas. Nempe pulchritudinem, agilitatem & virtutem ſeu actiuitatem; eius pulchritudinem, declarat ſub nomine ſponſi egredientis de thalamo ſuo excitari, bene compti gemmis ac monilibus adornari ſplendidioribus,

[Pſ. 18. 6.] velut nuptias celebrantis: *Ipſe tamquā ſponſus,*

[D. Chry. Tom. 1.] *procedens de thalamo ſuo.* O quam elegans, quam formoſus diluculo conſurgit lætificans, mundumque recreans vniverſum? *Sol rutilans aureo ſuo iubare & radijs ſuis ſpeciē vigentem oſtendens &c.* Agilitatem eius & velocitatem ſub ſymbolo exponit gigantis curſoris velociſſimi tantoque greſſu properantis vt non ſit qui currentem aſſequatur. *Exultauit vt gigas ad currendam viam à ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius.* Summo mane circulum ſuum per mundum inchoat vniuerſum, tantaq; currint feſtinus velocitate vt breuiſſimo ſpatio ex oriente pertingat ad occidentē: *Significauit nobis quomodo in vno temporis momento per totū orbē diſcurrit & à finibus in fines ſuos radios mittit.* Vnico momento temporis luceſcens in oriente radijs ſuis de termino ad terminū, orbem luſtrat vniuerſū. Porro virtutē eius & actiuitatem exponit ſubiugens nihil eſſe in rerum natura quod eiuſdem non ſit particeps: *Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Calore ſuo fouet vniuerſum vt nihil ſit quod eum lateat aduſque intima terræ viſcera, in quibus aurum, argentum, cæteraque producit Pater mineralia. Eſt (inquit) grande miraculum cuius nulla valet lingua pulchritudinem virtutemque declararet: *Magnum eſt miraculum neque eſt qui laudes eius pro dignitate prædicauerit.* Cur igitur ſi cæteras vincat pulchritudine creaturas illum præ

[III. Ne daretur occaſio eum vt Deum adorandi.] cæteris Deus non creauit? ſi lucis ſit fons vt quid lucem illo produxit anteriorem; ſi foueat ipſe, terræque virtutem largiatur herbas producendi & plantas efficacem, cur illum creauit cæteris poſteriorem? Imo ea ipſa de cauſa nouerat Deus (reſpondent SS Patres) quod cum ſit creatura tanta pulchritudine ſpectabilis & quaſi virtutem quandam habens vniuerſalem, excitare potuiſſet nonnullos hebetioris intellectus, vt illum pro Deo venerarentur. Hanc Deus voluit præuenire veſaniam ſaniora apertiùs docens, vt videant illum nequaquam poſſe Deum eſſe qui non omnia produxerat aliaſque habeat creaturas ipſo anteriores: iam enim eum præceſſit lux, nox, & dies, mane & veſperi, plantæ, herbæ, & arbores: *Præuidens propenſos ad errorem ignauos docet nos poſt tertium diem eſſe conditum poſtquam terra omnigena ſemina protulit & ſuum accepit ornatum &c. Idcirco monſtrat tibi antequam ſol formaretur, iam omnia eſſe impleta.* Quinimo eam ob cauſam (inquit ille) voluit ipſe Deus noſque per Salomonem admonuit, vt creatura illa adeo formoſa ſuas pateretur ec-

[Ec. 17. 30.] clypſes & haberet qui detinere & obſcurare poſſet radios eius lucis clariſſimos: hoc enim eſt quod ait: *Quid lucidius ſole? & hic deficit,* vt omnibus innoteſceret hunc non eſſe Deū & quiſ-

que in ſe manifeſtum hoc formaret argumētum. Deus cauſa eſt cauſarum omnium prima, & à quâ omnes illæ dependent: ſol non eſt; quandoquidem ante eius creationem iam cælum eſſet, terra, lux, dies, herbæ & arbores. Igitur ſol Deus non eſt. Deus nullum patitur defectum nec valet quiſquam lucis eius ſupremæ obnubilare radios, ſed hunc in luce ſuâ ſol patitur defectum, eſtque qui lumen eius clariſsimum obſcuret, ergo Deus non eſt.

☞ 19
D. AMB. Tom. 1.

Per hæc intendit Deus omnibus os obſtruere, nequis tales poſt hac euomat blaſphemias. Audire libet D. Ambr. *Conticeſcat ineptus ſermo hominum qui ſuturus eſt faceſſat vana opinio. Antequam ſolis fiat luminare herba naſcatur, antiquior ſit eius prærogatiua quam ſolis. Non error hominum conualeſcat, germinet prius terra quam fœtus ſolis accipiat, ſciant omnes ſolem auctorem non eſſe naſcentium.* His non obſtantibus error increuit vniuerſalis & communis in mundo Deum cæteris principaliorem eſſe ſolē: Illum etenim ſecurius vt Deum habebant in quo virtutem cognoſcebant magis vniuerſalem & de quo clarius videbant omnia dependere, & hunc ſolem eſſe iudicabant: vnde eum omnes pene nationes adorauerunt; quamuis enim in alijs dijs quiſque ſuum colebat, omnes tamen primum locum ſoli tribuebant eumque ſub diuerſis nominibus figuriſque adorabant. Perſæ ſub nomine Mitras, vt ait Strabo apud quos celebris erat ſpelunca, in qua colebatur quæ dicebatur: *Specus Mitræ* vt refert D. Hi. vnde illi offerebant ex ſingulari Dæmonis inſtinctu pro principali ſacrificio vt probat D. Iuſt. Martyr panem & vinum in eius honorem, anticipando ſummi ſacrificij ſimilitudinem, quod Deo vero in altari eſſet offerendum. Aſſyrij eum appellabant Iouem, Pheniſes Adoniſen & Chariſsimū eum dicebant procum Veneris, quem deflebant mulieres illum fingentes mortuum, & ex certis fabulis, quas refert Macrob. quæ ſeruiunt ad intelligendum planctum, quem vidit Ezechiel eorum qui mortem deflebant Adonidis. Ægyptij eum honorabāt ſub nomine Oſiridis Serapidis, & apis; & quamuis eius principalis adoratio fieret ab illis in figura vituli toties nominati, ibi tamen ſingulariter ſolis inuoluebant adorationē vt notat D. Clemens Alexand. & diſputat eius Scholiaſtes Gentianus Heruetus ſimiliter D. Aug. commentator Viuez & proſequitur Euſeb. valde fuſe ex doctrina Diodori Siculi. Ad huius confirmationem diſputat Macrob. ex doctrina

IV. Sol ab omnibus nationibus vt Deus adoratus eſt.

*L. 15. Ep. ad Læ. am.*

*Apud Marianū Victori, in Ep. 7.* D. Hier.

*L. 1. Saturn. c. 21.*

*Orat. adhortatoria de dolorum vanitate p. 5. & ſeq. in l. 18*

notiſſimorum Poetarum quos Theologos in ſcribebant, quales erant Orpheus, Heſiodus, Homerus, Plato, qui nomine Deorum maxime ſublimium ſolem adorarunt, erat autem hic Iupiter, Pan, Ianus, Saturnus, Neptunus, Apollo &c. Nec prætereamus hic conceptum D. Chryſ. certè admirandum expendentis cur Græci ſolē appellarint ἥλιος. Erant illi qui in mundo ſe nomine ſapientum iactabant, & vt erant curioſi audiebant & legebant quædam ex ijs, quæ ſacra refert ſcriptura, præſertim ea, quæ commemorat de Elia, qualiter curru igneo raptus fuerit in paradiſum, quem equi ignei tranſuehebant, crediderunt autem quòd qui iſta faceret, Deus eſſet & non talis qualis, ſed omnium ſupremus: illud etenim inferre videtur nomen Eliæ, quod in hebræo ſonat *Deus Dominus* & opinabantur, quòd non erat inferior ſed quòd talis eſſet, qui tali curru talibuſque equis per aera in ſublimiora veheretur: vnde Eliam illum ſolem eſſe æſtimarunt. Quinimo (inquit ille) ex his profluxit quòd Poetæ ac Pictores ſolē curru igneo euectum & equis igneis protractum per nubila depingerent: *Hinc Poetas atque Pictores in figuranda ſolis imagine exempla credo ſumpſiſſe, qui curru atque equis fulgentibus ipſe rutilans atque radians & fluctu oceani ſubleuatus inter præruptos montium ſcopulos euadens, quaſi ad cæleſtia videtur aſcendere &c.*

*de ciuit. c. 5 Depræparatione Euang. L. .. c. 21. & 22.*

D. CHR. *Hom. de aſſenſu Eliæ tom. 1. p. 564.*

V. Ilios ſol à gentilibus creditus eſt & cultus.

Hinc intelligimus cur Deus tantopere ſtuduerit populo ſuo interdicere curioſum pulchritudinis ſolis intuitum: *Ne forte eleuatis oculis ad cælum videns ſolem, lunam &c. Et errore deceptus adores ea &c.* Prænouerat enim Deus populum illum ad idololatriam eorum Deorum ſupra modum inclinatum, quos videbat ab alijs nationibus adorari, nulliquę magis hunc geſtiebat honorē deferre quam ſoli quem ab omnibus terræ nationibus cernebat adorari, ab ipſis autem præſertim Ægyptiis, apud quos annis moratus fuerat quadringentis, de quibus ſcribit Macrob. quòd eorum principalis Deus, ſol eſſet, quem dicebant Iouem & Oſirim & Serapim, cui in metropoli Ægypti templum conſecrarunt illud celebre ex quo ciuitas nomen ſumpſit Heliopoleos id eſt: *Ciuitas ſolis*, de qua mentionem facit Iſaias & ſcribit Plinius quod in honorem ſolis Reges illas erexerint pyramidas & obeliſcos toto mundo notiſſimos: quia verò, qui huic principium dedit auctorque fuit dicebatur Mithras, qui in illa ciuitate dominabatur impoſitum eſt huius nomen

VI. Cur Deus ſolis vetauerit aſpectū. *Deut. 4. 19.*

*L. 1. Saturnaliū ca. 23.*

*Iſa. c. 19.*

PLIN. *L. 36. c. 8.*

VII. Quæ ciuitas ſolis & vnde ſic dicta.

nomen ſoli eumque vocarunt Mithram, vt ante diximus.

1.2. q. 102.

VIII. Cur Dei tabernaculum ad occidentem.

Ex hac doctrina declarat Doctorum omnium anteſignanus D Thom rationem illius inſtituti, quod Deus ſanciuit de tabernaculo, vt ad occidentem erigeretur: porta verò ad eius ingreſſum pateret ad orientem vt quicumque intraret adoraturus; intrans faciem verteret ad occidentem & terga ad orientem. Domine nónne magis congruum fuiſſet ad orientem tuum ſtatui tabernaculum, vt ille qui te adoraret faciem haberet ad orientem, ex quo ſol eluceſcit fulgetque lux prima diei, de quo Philoſophorum Princeps ait eſſe dextram cœli partem, vbi motus eius habet principium? hoc ſcito, reſpondit D.Thom. Deum nouiſſe, quo pede populus ille claudicaret, qui proniſſimus erat ad ſectandas gentium idololatrias. Apud illas verò actus primarius ac præcipuus hic erat illuceſcente ſole faciem ad orientem vertere, cumque velut ſupremū Deum adorare, quòd ceremonia quadam faciebant omnino ſingulari quam denotat Plin. & ſcribit D Hieron. Quàm primum enim ſol apparebat rutilans totū corpus inclinabant & manum ad eum extendebant quam ilico ori applicabant, eam exoſculantes, quaſi hoc ſchemate illi actum exhibentes adorationis: *Qui adorant* (inquit D.Hieron.) *Solent deoſculari manum & capita ſubmittere* Quinimò inter nos (inquit) pro actu habemus ſummæ reuerentiæ deoſculari manum vt regibus fit & principibus. Vt autē Deus populo ſuo hanc tolleret occaſionem præcepit illis vt nedum orationem non facerent conuerſi ad ſolis orientem, ſed & vt illum adorarent repræſentatum in tabernaculo, habentes faciem ad occidentem, tergaque ſoli vertentes orienti.

L.28.c.2. In c.13. Oſeæ & Apol. contra Ruf.

IX. Ceremonia ſolem adorandi.

D. Hier. Lib.3 poſt medium p.45. Tom 6.

Sponſum hic præferebat Deus Zeloſum, qui debile nouit ſponſæ ſuæ caput, quæ quaquauerſum ſibi placuerit, oculos conuertit, præſertim verò nouit ſupra modum affectam bene compto formoſoq; nobili, cui hoc ſtricte præcipit ne eum intueatur, imo vertat illi terga. Nihilominus non hoc aſſecutus eſt Deus: quinimo primariùs Deus, quem ſic populus venerabatur, ſol erat. Hunc vt diximus adorabat in idolis illis Baal & Bel; & in diebus Eliæ huic ita afficiebatur idololatriæ, vt Propheta crederet Deo nec altare nec aliquem ſupereſſe cultorem: eum licet ſolaretur dicendo: quamuis hoc ita crederet, ſciret attamen multos ſibi ſupereſſe famulos vltra ſeptem millia fideliſſimos: *Seruari mihi ſeptem millia virorum &c quorum genua non ſunt incuruata ante Baal; & omne os quod non adorauit Deum oſculans manum eius.*

3.Reg.19. 18. Rom. 11. 4.

X. Hanc ſōge ante prædixit Iob.

Et hæc ea eſt ceremonia, quam diximus ſolis adoratoribus propriam, ad quam (vt notat D.Hiero) Iam à multis annis alluſerat Propheta Iob: *Si vidi ſolem cum fulgeret &c Et oſculatus ium manum meam ore meo, quæ eſt ini quitas maxima & negatio contra Deum altiſſimum* An ergo ſolem intueri ad orientem rutilantem ac fulgentem peccatum quis eſſe dixerit? Quæ iniquitas manum tuum oſculari, cum quotidie dicas alteri, exoſculor tibi manus? *Iniquitas maxima & negatio contra Deum altiſſimum.* De ijs loquitur, qui ſolem vt Deum adorabant, faciebant autem hoc hac ceremonia, qua illum fulgidum ex oriente prodeuntem intuebantur, & ſibi manus prædicto ſchemate deoſculabantur. Igitur nil erat huic populo frequentius, quàm ſolem adorare; ita vt ſibi perſuaderet Elias, omnes in hanc corruiſſe idololatriam.

Lib.1. Apoc. Iob.31. 26.

XI. Solis idololatria cōmunis Iudæis.

Deinde tempore piſſimi Regis Ioſiæ cum primum regni ſuſcepit habenas: *Tulit abominationis impietatem*: dicitur autem, ex eo quod refertur, quòd templum Dei inuenerit tantopere profanatum vt impletum eſſet à ſummo vſque deorſum ſtatuis Baal & ſolis, & donarijs quæ Reges ſoli velut Deo conſecrarant, equis ſcilicet aureis, multaque turba Sacerdotum illis ſacrificantium: *Deleuit eos qui adolebant incenſum Baal & ſoli &c Abſtulit quoque equos quos dederant Reges Iuda ſoli &c. & currus ſolis combuſſit igni* Tempore verò Ieremiæ hæc tantopere idololatria increbuerat, vt mitteret illum Deus quatenus populo hoc notanter indicaret, ſe hac iniquitate ita exacerbatum vt vltra ferre nequiret, verbis vtens ſtupendis illi, qui Dei patientiam nouit infinitam; porro noſtro loquitur modo: *Et non poterat Dominus vltra portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & propter abominationes quas feciſtis.* Cui tamen pertinaciter ſunt obloc uti: non ob hoc tantopere moleſtaretur; quòd equidem ab adoratione & ſacrificijs ſui auctorem agnoſcebant: à quo namque tempore illi non ſacrificarunt, nec annum nec diem habuiſſent proſperum: erat autem hæc adoratio adeo pertinax, prout Deus ipſe declarat & de illis conqueſtus ait: *Ad ſolem & lunā &c. Qui dilexerunt, quibus ſeruierunt & poſt quæ ambulauerunt & quæ quæſierunt & adorauerunt.* Perpende quæ verba multiplicet, quibus oſtendat quàm tenaci affectu proniſ eſſent vt ſolem

Eccl 49.3

4.Reg.23. 5. & 12.

XII. Quam Deus oſtendit ſibi maxime diſplicere.

Hier. 44. 22.

lem pro ſupremo ſuo Deo venerarentur: *Dilexerunt, ſeruierunt, quæſierunt &c.*

In diebus vero Prophetæ Ezech. iniquitas
☞ 31. hæc grauiùs Deum vlcerabat & iniquo magis animo, eam tolerabat, vnde rationem redditurus Prophetę ſuo iuſtæ contra populum ſuum indignationis, eius illi demonſtrans peruerſitates ſub diuerſis ſymbolis & hieroglyphicis ſeniorum qui incenſum colubris ac bufonibus offerrebant, & etiam mulierum mortem plangentium Adonidis, hoc vltimũ loco velut omnium ſupremam iniquitatem oſtendit, quoſdã videlicet adoleſcentes dorſa vertentes ad occidentem vbi Dei tabernaculũ templumque erat, facies autem ad orientem adorantes ſolem mille reuerentijs & innumeris manuum oſculatio-
Ezech. 8. 16. nibus. Sic perpendit D. Thom. loco citato verba quæ dixit: *Viri dorſa habentes contra templum Domini & facies ad orientem & adorabant contra ortum ſolis.*

XIII. Hanc ſponſa declarat. Cant. 1. 3. Hæc fuit magis ordinaria idololatria, eorũque corda ſibi ſol præter modum deuinxerat. Sic interpretatur Paraphraſtes Chaldæus id quod ait ſponſa ſub nomine ſynagogę: *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim: quia decolorauit me ſol.* Duo hic dicit primum: quòd ſol eam nigram reddiderit, ſecundum; quòd illi colorem abſtulerit dicendo, quòd illam nigram reddiderit, declarat ſe peccatricem fuiſſe, & idolorum ſectatricem: vt enim perpendit D Aug. hoc no-
Ser. 201. de tempore. mine ſacra pagina denotat idololatras, & gentilium congregationẽ, quę nigra per idololatriã, alba fieri debebat per baptiſmum; illud Dauidis implens: *Lauabis me & ſuper niuem dealbabor.*
Pſ. 50. Dicendo quòd colorem perdiderat, feruentem indicat amorem affectumque vehementem, quo diligebat Deum iſtum: eſt etenim amori proprium ſi vehemens ſit, deliquia cauſare, & colorem auferre: vt in Amnon contigit, quando ſororem ſuam Thamar diligebat ardentiùs: talis erat affectus, talis amor, quo ſolẽ proſequebãtur quod ſignificat Vates Ezechiel illo verbo, quod
Ezech. 23. ſexies repetit: *Inſaniuit in amatores ſuos, inſaniuit libidine, inſaniuit concupiſcentia &c.* Præ amore nimio Deorum ſuorum inſaniebat, & vt erat ſol eorum primicerius, tanta libidine inſaniebat, & quaſi extra ſe rapiebatur, vt quidquid coloris rutili haberet, deperderet.

Modò capiemus id quod Dominus ait Iudæis, cum ſe illis offert eorumque ſe obijciens oculis ait: *Ego ſum lux mundi.* Popule meus adſum tua completurus deſideria. Maiora quibus arſiſti, eo attenderunt, vt Deum haberes viſibilem, & illum tuis oculis conſpiceres, illumque poſſes digito ſignare. Vt huic ſatisfaceres deſiderio medium ſumpſiſti adeo inordinatum, quale eſt ſolis adoratio: perpende te à ſcopo aberrare: me intuere: ſum etenim ſol verus: *Ego ſum lux mundi.* Nomine mundi ſolet Dominus homines XIV. Per mundum homo ſignatur.
intelligere, in quibus totus mundus continetur vt aptè declarat D. Greg. *Habet eſſe cum lapidibus, viuere cum plantis, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis &c.* Quocirca eum Græci appellarunt *μικρόκοσμος.* Id eſt D. GREG Hom. 29. Euang.
paruus mundus, ſeu mundus abbreuiatus, ſic ipſe Chriſtus ait: *Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret &c. non venit Filius Dei* Ioan. 3. 16
*in mundum, vt iudicet mundum ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Hác eadem formula loquẽdi dixit D. Ioan. *Mundus per ipſum factus eſt & mundus eum non cognouit,* quaſi dicat: ſum Ioan. 1. 10.
lux hominis, quem totum illumino, non tantùm corpus, quantum animam, quæ eſt eius pars principalis, ad quam ſol iſte materialis, non accedit, qui tantũ oculos illuminat corporales, luce quadam corporali, de qua tantùm participant colubri & formicæ, quantum ipſe homo.

☞ 32. Diſputans D. Clem. Alexand. contra gentilium Deos, nominatim contra eos, qui ſolem Orat. adhor. ad gent. de idolor. vani p. 69.
Deum eſſe aſtruebant, doctrinam adfert Platonis, qua errorem refutat notiſsimi Poëtæ Menandri aſſerentis ſolem Deum eſſe à nobis adorandum, eo quod ille eſſet, qui illuminabat & cuius lumine dij alij cæteraque omnia videbãtur. Ex eadem ratione (inquit Plato) tibi pro- XV. Probatur quod ſol eſſe non poſsit Deus.
bauero non eſſe Deum: etenim Deus ille eſt, qui illuminat non tantum corporalia, quantum ſpiritualia, non tantum corpus, quantum animam. Sol iſte quia corporalis, non niſi corporalia poteſt illuminare, nec lux eius illuminare poteſt, niſi oculos corporales, nec lucem infundere poteſt ſpiritualibus, nec illam quæ ad Dei viſionem claram requiritur: Igitur Deus eſſe non poteſt. Hoc eodem argumento refellit D. Aug. eundem errorem quo cæcutierunt Manichæi, qui inde procedebat, quòd ſicut carnales D. AVG. Lib. 1. de Gen. contra Manich. c. 3. Tom. 3.
lucem non attenderent maioris momentis nẽpe ſpiritualem, animas illuſtrãtẽ: *Non enim nerunt iſti lucem, niſi qua carneis oculis vident & ideo iſtum ſolem quem pariter non ſolum cum beſtijs maioribus ſed etiam cum muſcis & vermiculis cernimus, illi colunt &c.* Iterum eadem ratione ſe probat Chriſtus Deum eſſe, qui ſol eſt, quia

illuminat

illuminat non ſolum corpora, ſed præcipuè animas: de quibus vt nobis diceret quòd talis eſſet, ait D. Ioan. *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem.* Quod non ſolum ſignificat, quod omnes homines illuminet, hoc equidem de materiali iſto ſole verificari poteſt: ſed omnem hominé, animam, & corpus, intellectum, voluntatem, vt ipſe Dominus ait de altero qui é

Ioan.7. curauerat: *Totum hominem ſanum feci*, & hoc quod aiunt Theologi ex D. Auguſt. *Totum ho-*

D. AVG. *minem beatificauit.* Quid ergo D. Auguſt. *Intelligamus aliam lucem eſſe vnde eſt illud lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Nam ſolis iſtius lumen non illuminat omnem hominem ſed corpus hominis & mortales oculos inquibus nos vincunt aquilarum oculi qui ſolem ipſum multo melius quam nos dicuntur aſpicere Illud autem lumen non irrationabilium animalium oculos paſcit ſed pura corda eorum qui Deo credunt & ab amore viſibilium rerum & temporalium ſed ad eius precepta ſeruanda conuertunt.* Optimè igitur ait Saluator: *Ego ſum lux mundi* q. d. me cognoſcite & beneficium vobis à me præſtitum intelligite ſi ex deſiderio habendi Deum oculis veſtris viſibilem, ſolem elegiſtis corpora veſtra illuminantem, & deducentem, vt ſine offendiculo per mundum hunc incedatis miſerabilem, meipſum intuemini: etenim me vobis obijcio viſibilem, mentis veſtræ oculos illuminaturus, vt ſecuram carpatis ſemitam ad aſtra tendentem: *Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* Etenim *Qui ſequitur me non ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitæ*: Nõ corruptibile & mortuum ſed vitæ lucem quæ viuificat animam, & ad vitam deducit, quæ optimo iure hoc nomen ſibi vendicat, videlicet ſempiternam.

§. 11. *Prædicit illis tenebras; in quas corruerent; omnino contrarium ei, quod illis in Ægypto contigit.*

☞ 33. INſuper conſidero, quòd hoc nomine lucis mundi, illis prænuntiare velit dolendam infauſtamque cæcitatem quam incurrerent. Ait Deus per Prophetas ſuos, id quod D. Paul. expendit, quòd in mundum veniens commutationem faceret quâ ſapiẽtes euaderent ſtulti &

Iſa.29.14. ſtulti ſapiẽtes *Commutatione commutabo populũ iſtum* ſic legunt ſeptuaginta) *Perdam ſapientiam ſapientum*: Etenim inaquoſa & arida in fontes aquarum erant commutanda, & hoc quod aquis effluebat vberrimis, in aridum deſertumq. vertendum: *Poſuit flumina in deſertũ & exitus aquarum in ſitim. Poſuit deſertum in ſtagna aquarum & terram ſine aqua in exitus aquarum &c. Ponam flumina in inſulas. & ſtagna areſaciam.* Significans quod populi ſui ſapientes, illuminati donisque cæleſtibus cumulati, cæci fierent & inſipientes & aridi, nullis gratiarum aquis fœcundi. Gentiles autem cæci & aridi, illuminarentur donisque cæleſtibus implerentur.

I. Prædicũtur exitiamæ Iudæorum tenebræ. Pſ.106. Iſa.14.15

Quando populus ille in Ægypto captiuus ſeruiebat Pharaoni, miraculũ contigit, quod Spiritus S. non ſiluit & apertius expoſuit nempe quòd in Ægyptiorum pertinaciæ ſupplicium Deus tenebras miſerit palpabiles ſuper vniuerſam terram illam quibus infelices illi ſic obcæcabantur, vt nil omnino viderent, nec pedem mouere nec ſe mutuo cognoſcere nec ſeipſos poſſent intueri: quocirca immobiles hærebant: *Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati.* Iſraelitis autem lux ſolis ita clarè affulgebat, vt meridies videretur: vnde illi ſoli oculos ſuos habebant illuminatos rectéque greſſus ſuos dirigebant: *Vbicumque habitabant filij Iſrael, lux erat Sanctis autem tuis maxima erat lux.* Hoc tunc temporis accidit ſed ob populi illius contumaciam erat illud commutandum.

Exo.6.10. Sap.c.17. II. Explicãtur Ægyptiorum tenebræ. Sap.17. Exo.10.23 Sap.18.1.

Prope miraculum eſt videre in huius mundi Ægypto quales tenebræ irruerint adeo palpabiles in pœnam rebellionis ſuperbiamque mortalium, quam deſcribit Apoſtolus Paulus, *Euanuerunt in cogitationibus ſuis & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum &c Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.* Non videntur tenebræ dari poſſe obſcuriores, vt ante declarauimus. In illo tempore illuminati erant Iudæi illiſque fidei lux & veri Dei cognitio affulgebat: *Notus in Iudæa Deus in Iſrael magnũ nomen eius.* Qua luce potiebantur à Lege Prophetis, Prædicatoribus, ſacrificijs, templo, vbi illi ſoli luce gaudebant illuſtriori, vt prælibauimus; porrò exoriente ſole, qui venit totam hanc mundi Ægyptum illuminaturus: *Ego ſum lux mundi*, ille totus illuminandus erat, ſolus autem ille populus tenebris inuoluendus palpabilibus qualibus illos videmus inuolutos, vt inter lucem adeo claram Euangelij quã illud Sophoniæ vaticinium

Rom.1.21 Pſ.75.2.

 impletur:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

impletur: *Illuceſcet Dominus ſuper omnes gentes.*
*Sop 2.11.* Illi ſoli obcœcantur, tenebris ita obnubilati
*Vide ſupra* palpabilibus, vt illis nec vna lux candelæ lu-
*nu.10.* ceat, nec ſacerdos, nec templum, nec ſacrifi-
III. cium, nec Propheta reſplendeat: vnde per mū-
Iudæorū dum vagantur erratici illudque contingit quod
cœcitas Spiritus S. hanc tex-ns hiſtoriam verbis adeo
& mundi cœleſtibus enarrat, vt ad literam hoc ipſum no-
illumi- bis indicare videatur: *Omnis terrarum orbis*
natio. *limpido illuminabatur lumine &c: Solis autem*
*Sap.17.* *illis ſuperpoſita erat grauis nox imago tenebra-*
*19.* *rum quæ ſuperuentura illis erat. Ipſi ergo ſibi*
*erant grauiores tenebris.* Quam lim, ide mun-
dus illuminatur luce adeo pura & coruſca; luce,
inquam, Euangelij: *Limpido illuminabatur lu-*
*mine*, errore nullo nullo offendiculo obūbrata.
Non qualis illa Philoſophorum lux; non enim
pura erat: nam ſi quidquam de Deo cognoſce-
bant, mille hoc erroribus implicabatur. Quam
egregiè lux illa depingitur, quâ S. gaudet Ec-
cleſia, illam enim vocat: *Lumen limpidum.* illa
totus mundus lætatur, quia per totum illum
prædicatio fulget Euangelij, & verus ſol ille
Chriſtus agnoſcitur; ſuper illos autem infor-
tunatos quanta nox cecidit, & quantæ illos
tenebræ comprehenderunt? *Solis illis ſuperpoſita*
*erat grauis nox.*

☞ 34. Hoc audio Apoſt. explicantem ſub Symbolo
*2.Cor.3.* veli quòd oculis ſuis Moyſes ſuperiniecit: *Vſque*
*15.* *in hodiernum diem cum legitur Moyſes velamē*
*poſitum eſt ſuper cor eorum.* Infelices tenebræ,
præſagium extremarum quibus tandem obcæ-
cabuntur: *In tenebras exteriores &c.* Et ipſi ſibi
erunt tenebris grauiores: etenim perpetuo metu
perculſi & ſuſpicione obambulant, ignominia
& deſpectu per totum mundum vagabundi, vt
nec vllum in eo locum poſſideant ſecurum:
hoc illis Dominus indicare contendit, illo-
que eos perterret: *Ego ſum lux mundi.* lux
ſum, qui totum illuſtrabo mundum, vos
autem, heu miſeri, nocturnis & palpa-
bilibus inuoluemini tenebris. Ego etenim
à gentibus totoque mundo, vt verus ſol ado-
robor.

Inſignem illam incipit complere Dauidis
prophetiam. Primò namque Pſalmo Chriſti
*Pſ.1.2.* in hoc mundo perſonam decantat: *Beatus vir*
Dauid de *qui non abijt in concilio impiorum &c. Sed in*
Chriſto *lege Domini voluntas eius &c. Et erit tamquam*
prophe- *lignum quod plantatum eſt.* M. Ita hic Sancti
tiæ. Patres ad rem conferunt, multaque dici poſſent
de conditionibus, quibus Chriſtum deſcribit,
eius innocentiam, puritatem, Sanctitatem,
obedientiam erga patrem, eiuſque diuinam
legem, & qualiter arbor fuerit ſaluti. Confe-
ſtim ſecundum orditur pſalmum, exponens,
qua ratione contra illum conſpirarint, eumque
occiderint, & cum quadam ſingulari incipit
admiratione: *Quare fremuerunt gentes & po-*
*puli meditati ſunt &c.* Quare contra illum ini-
mici tractarunt, contra hominem notæ Sanctita-
tis, virtutis adeo manifeſtæ, probatæque inno-
centiæ. Quam egregiè deſcribit concilium, quo
necem eius ſunt machinati, quando examinata
vita eius, nihil niſi opera Virtutis inuenerunt
eminentia, de quibus die veneris proximo.
Tandem in eum vnanimes conſpirarunt, illi-
que necem intulerunt, in cuius culpæ ſuppli-
cium infauſtum illum populum decreuit exter-
minare, eumque deſerere vt omnibus eſſet na-
tionibus mundi deſpectui, & vile peripſema:
*Qui habitat in cœlis irridebit eos &c. In furore*
*ſuo conturbabit eos.* An ergo Domine nullū tibi
regnum, nulla erit natio, quæ te cognoſcat,
adoret, & glorificet? Erit omnino: re-
gnum etenim meum ſtabilium, vt per totum
orbem lux mea refulgeat, & cognitio qua-
quauerſum extendatur: *Dabo tibi gentes here-*
*ditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos*
*terræ &c.*

Quo viſo Propheta regius ad nos conuer-
ſus, ſic ait: *Et nunc Reges intelligite &c. Serui-*
*te Domino in timore, & exultate ei cum tre-*
*more Apprehendite diſciplinam.* Reges appellat
Chriſtianos: tales etenim nos Chriſtus fecit
per gratiam ſuam ſupremi Regis Dei filios, &
regnorum ſuorum heredes, qua de cauſa dixit
D. Ioan. *Fecit nos regnum & Sacerdotes.* Et D. *Apoc.1.6*
Petrus *Vos autem regale Sacerdotium* q.d. Au- *1.Pet.2.9*
dite me Chriſtiadi & auribus percipite verba
oris mei *Seruite Domino in timore & exultate*
*ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam.* Dicit *Ibid. &*
D. Hieronym. quod hæc de Chriſto ſit euiden- *lib. apol.*
tiſsima prophetia & ſæpe energiam verbi He- *aduerſ.*
braici enucleat: quo dicitur *Oſculamini filium.* *Ruff. poſt*
In mentem tibi veniat (inquit) receptam in mūdo *medium.*
conſuetudo quando ſolem vt ſupremum omniū V.
Deum venerabatur: illum enim adorabant in- Quid ſit
clinantes ſe manuſq; ſuas exoſculantes, vt ante oſculari
declarauimus. En tibi hic verus Deus factus ſol, filium.
te illuminans qui dicat: *Ego ſum lux mundi*: il-
lum adora, illum agnoſce, illi manū velut legi-
timo Regi, ac Domino exoſculare: *Seruite illi* VI.
*cum timore, & exultate ei cum tremore.* Quâuis Dño in
enim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enim mille tibi ſubſint rationes, quibus tantam
more ſer- uiendũ, ne nos, vt Iudæos deſerat. gratiam tantumque donum magni facias & eius gratiâ non modica repleaeris lætitia: ſit tamen cum timore & tremore.

Videtur audire te D. Paul. interrogantem: quid eſt quod timeam? cur contremiſcam? quinimo omnis mihi videtur abſcedere debere ti-
☞ 35. Rom. 11. 20. mor, omnis mali ſuſpicio. Dicam tibi: *Tu fide ſtas, noli altum ſapere ſed time Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei: in eos qui ſtem, qui ceciderunt ſeueritatem, in te autem bonitatem &c.* Si namque illos ita illuminatos, & quibus ſuã communicarat lucem, ob peruerſam illorum malitiã, deſeruit palpabilibus intricatos tenebris. Si illos, qui velut filij naturales habebantur, & ipſos videmus cæcutientes velut in tenebroſa noctis caligine, time ne tantumdem tibi faciat, ſi illis ingratitudine, contumacia, terrenorum affectu, Dei contemptu & legis ſuæ obliuione ſimilis fueris. Aduerte, quòd quamuis receperint illi ſolis cæleſtis lumen: nihil ominus innocte permanſerunt: etenim illorum oculi lippitudine obnubilabantur, & humor ille cupiditatis atque amoris proprij
Pſ. 56. 2. ſupercecidit: *Supercidit ignis & non viderunt ſolem*, Caue tibi, ne eodem tu puniare ſupplicio &c.

Ecce hic cum D. Hieronymo quid populo dicat nationum: *Oſculamini filium* q. d. ſi ſolem adoraueris mundum hunc corporalem illuminantem, ecce verus hic ſol, qui totum illuſtrat mundum, & lucem diſpergit ſpiritualem. Di-
3. 2. q. 84. ar 3. ad 3. cit enim: *Ego ſum lux mundi.* Ex his diſcrimen intelligis (vt ait D. Thom.) Chriſtianorum & Iudæorum. Iudæis præcepit Dominus, ne adorarent neue preces funderent conuerſi ad orientem, vt diximus. Nos autem Chriſtiani prudentiùs agimus, orantes conuerſi ad orientem & ad illam partem noſtra eriguntur altaria, vt eminentiſſimum noſtrum offerramus ſacrificiũ, cum Iudæorum templum reſpiciat occidentem. Erant ipſi carnales idolatriæ dediti & ſupra modum inclinati, vt ſolem hunc materialem pro Deo venerarentur: abſtulit hanc illis occaſionem, deditque mandatum vt oraturi, & ſacrificia litaturi, illi terga verterentur: Nos autem quos lux illa vera illuminat, & nouimus Deum noſtrum ſolem eſſe, non hunc materialem, ſed diuinum, qui oculos animæ illuminet, & in cœlo beatorum oculos ſuæ gloriæ lumine, quo clare lucem illam conſpiciant inuiſibilem, in Eccleſia noſtrorum oculos intellectuum per fidei lucem: Nos autem, inquam, adoremus verſa facie ad orientem recognoſcentes vt Deum noſtrum verum ſolem, qui de ſe teſtatur: *Ego ſum lux mundi.* Et *Oriens* Zacha. 6.
*nomen eius* de quo lux omnis emanat, quæ vera eſt, qua viam carpamus omni alia ſecuriorem.

§. 12. *Hoc lucis ſymbolo argumentum illis propoſuit ſuæ diuinitatis apertius, quam Menander Gentilibus diuinitatis ſolis.*

QVid plura? voluit Dominus euidenter Pha- 36. ☞
riſæorum Scribarumque hoſtium ſuorum confundere malitiam. Conati prius fuerant Chriſti gloriã obfuſcare eumque toto ſpectante populo in templo laqueis irretire, quos illi in cauſa adulteræ præparauerant, vt ſabbato præterito diximus Illos attamen Dominus confundit & pudore nimio per perculit, ſingulorum peccata in terra deſcribens: ita vt tremenda nimis confuſione perculſi, de eius ſeſe ſubſtraxerint præſentia quaſi lucem fugientes, quæ ipſorum detegebat iniquitates. Breui poſt ad eundem redierunt: ſemper etenim peruerſi illi velut muſcæ obambulabant, quæ circumcirca lucem volitant, vt illam extinguant, nam ab illa fugientes eo quod ab ipſa exurantur, ilico reuertuntur, illam denuo impetentes. Accedentibus ait Chriſtus: *Dixit eis iterum Ieſus: Ego ſum lux mundi.* q. d interprete Ruperto, armati veniſtis laqueis & fraudibus, Iudicem me ſtatuentes in cauſa adulteræ vt ſub titulo ſer- I.
uandi iuſtitiam habeatis quo meam apud po- Iudæorũ
pulum vilipendatis auctoritatem. An ergo co- peruerſi-
gitatis, quod ſerpentina illa veſtra aſtutia meam tas hanc
eſſet lucem, meamque obcæcatura ſapientiam? non po-
hoc ſcitote: *Ego ſum lux mundi.* Omnem, tuit lucẽ
quem poteſtis, mouete lapidem quo clariſſi- obfuſca-
mam hanc ſolis facem extinguatis, omnes quos re.
mundus habet, inflate folles, excitate puluerem, fumoſque prouocate, an putatis quod ſoli lucem ſuam eſtis extincturi; cognoſcite me, mortalium miſerrimi, & videte: quidquid enim conamini, vt meam obſcureris gloriam in maiorem hoc veſtram cedet confuſionem, eruntque omnes hi veſtri conatus minoris contra me efficaciæ, quam flatus

omnes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

RVPERT. In c.8. Ioan.

omnes, quibus ſolis iſta lux poſſet præfocari. Audiamus Rupertum: *Vide quam breuiter quam magnificè Expreſſit Dominus, nihil inuidiam impiorum hominum poſſe nocere gloriæ Dei: ac ſi diceret. Numquid non deridendi eſſetis, ſi ſolem iſtum exſufflando extinguere, vel aërem pugnis verberando de magno cœli candelabro deijcere & ſub modio condere conemini? nempe huic ſimile eſt hic, quod meum nomen delere vos famam meam extinguere contenditis: Ego enim ſum lux mundi.* Hoc ſecutus argumentū, opinor, quòd Dominus euidentē illis diuinitatis ſuæ voluerit proponere co ſi natione.

Li. 4. de ciui. c.11.

II. Cur ſolē Deum eſſe dicat Menander.

Expendit D. Auguſt. & declarat eius Scholiaſt, quod ſol, vt Deus fuerit adoratus, quia totum illuſtrat mundum, nihilque ſit, quod coram eo non fiat manifeſtum; quo circa dicit eum appellatum fuiſſe Apollinem: qui Deus erat ſapientiæ & diuinationum, ad quem, vt occulta cognoſcerent, recurrebant, dicebaturque ab illis: *Oculus mundi*, quo nomine vt frequentiori, eundem vocat D. Ambroſius & refert D. Clemen. Alexandr. & paulo ante retulimus: etatque hæc cauſa cur Menander Poëta illum cæteris diis prætulerit primicerium: hæc ea ratio fuit teſtatur D. Cyril. Alexand. ob quam Græci ſapientiores dicebant ei veram negari non poſſe diuinitatem, qui diuinis præfulgebat proprietatibus. Vna & ſingularis Dei hæc eſt omnia noſſe, omnia videre, & illam ſoli negare non poſſumus: quidquid enim in terra eſt, videt, & per illam diſcurit, illam intuens, illamque totam ſua luce colluſtrans. Quinimo vt video hanc illi Spiritus Sanctus attribuit proprietatem dum ait: *Luſtrans vniuerſa per circuitum pergit Spiritus* Quid eſt *Luſtrare*? eſt intueri, illuminare, cunctaque conſpicere, talis per totum orbem vagatur ſol omnia pertranſiens, velut eius Dominus, ſuoſque oculos per circuitum ad omnia deflectens

Lib. 4. hexa. c 1. 2 Ora. exhor. ad gent. de idolor. vani. pag. 69. Lib 6. de ador. p. 134. & 145.

III. Eius proprietates Deo melius conueniunt.

☞ 37. Tract. 36. in Ioan.

Ratio eſt hæc (reſpondet D. Auguſt.) valde debilis, idemque argumentum Plato præpoſuerat luce ductus naturali contra Menandrum, vt præmiſſum eſt: quia ſol hic licet temporale illuminet, non tamen Spirituale, ſi præſentia eius tenebræ diſſipentur corporis exteriores: interiores tamen animæ non illuminantur: non enim ſecretos eius cordiſque receſſus valet illuminare: ad hoc tantum lux illa cæleſtis veri Dei poteſt penetrare, hæc ſola poteſt abdita quæque illuminare. Hoc eſt, ita hoc eſt, Deo proprium, lucis ſuæ ſplendore ſecreta detegere humanis pectoribus abſcondita, & ita ponderat D. Cyril. Alexand. quòd velut epithetum illi proprium hoc ponat: *Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans renes & corda.* Dauid autem ſic ait: *Scrutans corda & renes Dominus* Hic adiungitur Paulus: *Diſcretor cogitationum & intentionum cordis, & non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius.* Ipſe ſolus eſt, qui tenebras illuminat interiores: idcirco enim ipſe Deū ſic Dauid deprecabatur *Deus meus illumina tenebras meas*: hoc eſt itaque Deo propriū, & hoc, inquit, ego coram vobis effeci: omnes etenim veſtras detexi machinas, quam cum adultera compoſueratis, & intima cordis veſtri in medium protuli, Quandoquidem videatis mihi nedum ſecretiſſima peccata veſtra eſſe patentia, ſed quod inſuper ſicut ſol illa ipſa protulerim veſtriſque oculis manifeſtauerim vt illa ipſa digito meo in terra deſcripta cognoueritis; Hæc itaque ratio eſt (teſte D. Cyril. Alexand.) quæ nullam patitur replicam, qua Deus olim teſtatam voluit euidenter populo ſuo diuinitatem ſuam, dum ait: *Putaſne, Deus è vicino ego ſum dicit Dominus: Et non Deus de longe? Si occultabitur vir in abſconditis & ego non videbo eum dicit Dominus*

Lib. 9. de ador. citato Hie. 17. 9. Pſal. Heb. 4. 12. Pſ. 17. 29. Hier. 23. 23.

IV. Chriſtus candelabrum eſt ſeptem oculorū ſeulucernarum. Lib. 9 de adorat. citat. Zach. 4. 2. Cant. 5. 11. 1. Co. 2. 3.

Voluit illis Dominus completam oſtendere Zachariæ Prophetiam, quam idem D. Cyril exponit quòd ſcilicet eſſet candelabrum à Deo huic Prophetæ demonſtratum, totum aureum, quod ipſe miſſurus eſſet mundum illuminaturum, quo veram eius declarat diuinitatem: illam etenim ſponſa piſſima ſub nomine auri ſignificat dum ait: *Caput eius aurum optimum.* Quod ſi à Diuo Paulo quæſieris, qualis ſit eius caput, reſpondet tibi: *Caput Chriſti Deus.* Præfulgebat illud candelabrum ſeptem lucernis, & percunctanti Prophetæ quid ſignificarent, reſpondet Angelus *Hi ſunt ſeptem oculi Domini aſpicientes vniuerſam terram*, & ſecretiſſimas cordium venas penetrantes. Oculi Domini exteriora omnia, & interiora animæ perſcrutantes. Septem poſuit, quo numero Spiritus Sanctus totalem ſolet indicare plenitudinem q. d. quòd habeat omnes oculos Dei, tantumque videat quantum Deus. Eodem modo dicere licet aliam compleuiſſe viſionem, in quā Deus Chriſti perſonam eidem Vati ſub ſymbolo lapidis cum ſeptem oculis demonſtrauit; quo ſignificatur quòd omnem in ſe diuinitatis compre-

prehenderet plenitudinem: hanc quippe oculi denotant in quantum proprium eſt oculis Dei viſu ſuo abſcondita quæque & latentia penetrare. Me igitur Phariſæi cognoſcite, ſitque vobis manifeſtum, quòd Deus ſim, quandoquidem vobis ad oculum oſtendi me hoc habere, quod proprium eſt Deoque ſingulare: omnia namque video, omnia illumino, omnia detego, omnia manifeſto.

V.
Sol non tantum omnia videt ſed etiam purificat, ſic & Chriſtus

Progreditur vlterius in hac materia D. Cyril. expendens quòd Gentiles Deum vt ſolem venerarentur, nedum quod omnia videret ſed quòd viſu ſuo & oculorum radijs cuncta purificaret, in quo ſe mundum eſſe ac limpidum oſtendit, nullâ maculâ ſordidum: qui enim ſordidus eſt & immundus mundare non poteſt, & purificare. Valde familiare eſt ſoli ſtagnorum, ſterquiliniorum, aquarumque ſordes expurgare, nec non aërem purificare, qua de cauſa ab eis dicebatur Phæbus id eſt mundus & impollutus: *Gentilium egregij ſcriptores Apollinem fingunt Deum, quem etiam Phœbum appellant,*

D.CyR.

*id eſt purum & impollutum, eundemque eſſe quem ſolem dicunt.* Quinimo hinc orta Phraſis (inquit) græca exprimendi purificare illo verbo: *Phœbare & phœbari. Phœbare igitur dicebant ac Phœbari rurſus ex græca loquendi conſuetudine, quod purgare eſt atque purgari, vt ipſi putant, & vt ipſorum legibus eſt conſtitutum.*

38.
VI.
Quid ſit luſtrare.
Deu. 14. 1.

Hinc (ipſo teſte) intelligitur, quòd Deus populo ſuo in lege ſua ſanciuerat, ne mortuorum corpora ſoli exponerent. Hoc eſt quod ait: *Non luſtrabitis, neque imponetis caluitium &c.* Sic ipſe legit, quod in noſtra vulgata ſcribitur: *Non vos incidetis. Luſtrari* ſignificat ad ſolis lumen ſe purificare: itaque pariter præcepit ne gentilium Chananæorum ritus imitarentur, qui ignem vt Deum colebant, dicebant enim quod omnia purificaret:

Deut. 18. 10.

*Caue ne imitari velis abominationes illarum gentium nec inueniatur in te, qui luſtret filium aut filiam ducens per ignem.* Gentiles, qui ſolem, vt Deum habebant, credentes quod luce ſua omnia purificaret, ad eius radios mortuos ſuos exponebant, vt eorum virtute mundarentur & purificentur.

Hoc illis vt bene dictum concederem (inquit ille) ſi ſol non ſolum corpora, ſed animas: nedum, corporale, ſed ſpiritale purificaret: ſi non ſolum humores, putredines & vermes in corporibus expurgaret, ſed ſcelera & immundas animarum abominationes emundaret. Cæterum cum eius lux ad animam vſque non penetret nec detegat aut illuminet cordium abſcondita, nec ſimiliter eorum valet immunditias ſordeſq́; purificare: hoc etenim illi tantummodo ſoli præſeruatur, qui luce ſua corpora & animas penetrat atque illuminat? nempe Deo: qui ſolus peccatorum maculas purgare poteſt, animaſque mundare. *Apage ab hac temeritate* (inquit D. Cyrill.)

D.CYR.

*Accedite ad eum qui ſolus eſt natura Deus & eum illico dicentem audies: Ego ſum qui deleo peccata tua. Hæc vera purgatio, hic ſpiritualis ſplendor.*

VII.
Duo ſunt Deo propria cordis intima penetrare, & animas purificare.

Ex prædictis format Dominus efficax ſuæ diuinitatis argumentum, propter duo, quæ patrauerat in plena Iudæorum ſynagoga, quæ negare illis erat impoſſibile: duo propria Deo ſunt, vt ſoli diuino, & ſupereminenti, ad quæ ſol hic non poteſt accedere, qui vt Deus colebatur. Primum: intima cordis perſcrutari, illaque manifeſta reddere & veſut luci ſolis ſpectanda opponere. Secundum: animarum ſordes expurgare, hæc vobis ſpectantibus effeci. Primum in vobis ipſis: vidiſtis enim veſtras me machinas doloſque detexiſſe, & occultiſſimos cordis veſtri renes ac receſſus manifeſtaſſe;

VIII.
Hæc duo Chriſtus effecit.

quandoquidem illa vobis protuli ſic vt veſtros hæc oculis conſpiceretis, vnde veſtra crimina vobis in terra ſcripta propoſui. Secundum: in paupercula illa fœmina adultera, quam mihi adduxiſtis: etenim coram me adſtans purgata fuit eius anima & à criminibus abſoluta; vt in huius ſignum illam dimitterem liberam, hoc feci, quod vidiſtis: vt nullus iuſtitiæ miniſter, nec vos ipſi, qui tanto furore contra illam armati aduenera tis vllum ei vlterius verbum dixeritis: quo declarare volui, quam à peccatis ſuis cuiuſque foret abſoluta. Cognoſcite me, cæci, videte, quòd: *Ego ſum lux mundi.* Perpendite nullam vobis ſupereſſe excuſationem, ſed luce clarius conſtare, veſtrâ vobis oculos obſcurari malitiâ quo minus me cognoſcatis.

§. 15. Qui ſequitur me. *Aduenit Chriſtus nos in caelum deducturus, velut columna Iſraelitas in terram promiſſionis.*

39. QVi *ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitae.* Vnum ex altero ſequitur, ſi namque ipſe vera ſit mundi lux, euidens eſt, quòd qui illum ſequitur, à tenebris liberabitur lucemque obtinebit, quâ rectè greſſus ſuos dirigat. Apprimè declarat ſuum Chriſtus officium aduentuſque ſui finem

Luc. 1. 78.

& rationem. Ad quod lux accenditur? Vt diſſipentur tenebrae & ſine offendiculo ſecuri proficiſcamur. En tibi quâ Dei filius in mundum venerit intentione: *Viſitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* His verbis tangit Zacharias beneficium à Deo populo ſuo praeſtitum: etenim illum de Aegypto liberans ad terram direxit promiſſionis. Iter erat hiſpidum, aſperum, difficile quod nullus eorum ante hac perambulauerat: terra erat arida, inaquoſa, imperuia,

Io. 5. 41.

incognita: *In deſerto per longinquos vias circuitus.* Qua ratione hanc viam tuto certoque ingrederentur? Illi ducem miniſtrat viſibilem mirabilem & caeleſtem, nominatam ſcilicet illam celebremque columnam: quam ſcriptura

Exo. 13. 21

dicit ignis & nubis: *In columna ignis & nubis.*

I. Quae fuerit haec columna ignis & nubis.

Erat etenim Dei ſingulari operante virtute ex igne nubeque compoſita. Coniunxit Deus ignem cum nube: ignis autem illuminabat & calefaciebat noctu, nubes verò illos ab aeſtuoſis ſolis radijs per diem obumbrans protegebat: *Columna nubis.* Dat enim lucem quae per totam deducit viam; eſtque efficax: dat enim progrediendi vires. Totum hoc eſt: *Illuminans & protegens.* Eſt lux, eſt vmbraculum, eſt protectio. Quid de hac Rupertus? *Ad in-*

RVPER. in 54. c. Exod.

*greſſum maris vna eademque columna, & nubes tenebroſa, & noctem illuminans erat: Quia ſecundum diuerſa, imo & contraria merita, vna eademque virtus pijs lucebat, impios excaecabat.*

II. Eius Allegoria.

*In quo myſterium patefactum eſt. Quia videlicet vnum eundemque Chriſtum (ait Apoſt.) praedicamus: Iudaeis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam: quod valde eſt obſcurum. Ipſis autem vocatis Iudaeis atque Graecis, Dei ſapientiam, quod valde eſt luminoſum.* Columna

Ex. 14. 20. CAIET.

quae ſtat in prima acie, & ad vltimam tranſit: *Et erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem.* Cardinal. Caietanus illud Exodi explanans: *Ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Aegyptiorũ per columnam ignis & nubis (Sic ait) ex hac littera ſoluitur quaeſtio an fuerunt duae columnae, altera nubis, altera ignis. hic enim clare narratur quod vna eademque columna fuit columna nubis & ignis: quia vtrumque officium actualiter exercebat.*

Quis vnquam vidit prodigium adeo ſingulare? illa antecedebat tamquam viae dux quae illos dirigebat, deducebat, illuminabat, vt ſecurè rectam poſſent viam carpere: prout factum eſt. Eximium ſane beneficium; porro longè praecellentius eſt illud, quod populo conceſſit Chriſtiano. Vult, vt ad caelum tendat: hoc etenim terra verâ eſt iuſtis promiſſa, quae lacte & melle manat deliciarum, gaudiorum, voluptatumque infinitarum. Heu quam aſperum hoc, quam fragoſum, quã ſcabroſum eſt iter, & quàm pauci illud ingrediuntur:

Mat. 7. 14

*Arcta eſt via quae ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam.* Quomodo inueniet illam homo miſerabilis, imprudentia, caligine, tenebriſque inuolutus palpabilibus? ſi per terram hanc pede plano profectus in quâ ſemitae, viaeque ſunt tritae, mille tamen exponatur erroribus, quid faciet ſi caelum verſus iter arripiat? Ad hoc columnam elegantis extruit figurae ignis & nubis.

III. Columna haec Chriſtũ deſignat.

Ecce quàm graphicè tibi Chriſtus delineatur, in quo conuenerunt diuinitatis ignis, & nubes humanitatis, & ex quibus vna reſultat perſona. *Deus & homo vnus eſt Chriſtus,* eſt columna firma & ſecura: cui tota innititur creatura:

Col 1. 20.

*Quae in caelis & quae in terris ſunt,* ait Apoſtolus. Columna diuina, quae ſuae nos diuinitatis igne colluſtrat, fouet, calorem miniſtrat viuificum gratiae & iuſtificationis, obſcuras criminum noſtrorũ expellit tenebras; & nube humanitatis ſuae nos ab ardentioribus diuinae iuſtitiae radijs protegit incolumes, in ſe cuncta, quae merueramus ſupplicia ſuſcipiens. Ecce qualem ſe nobis obijciat vt columnam; dicendo. *Ego ſum lux mundi.* Quid ſupereſt? haec columnâ populi oculis expoſita quid reliquum erat? illã ſequi: Ad hoc enim praeparatur. Quid nobis ſupereſt columna hac ab oculos poſita, quae nobis dicit: *Ego ſum lux mundi,* niſi illam ſequi: *Qui ſequitur me non ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitae.* Duo hic in hoc verbo, *lumen vitae,* declarat Dominus.

IV. Duo per lumen

Primum: quod lux illa, quam tribuit, lux ſit viuificans, lux vitae. Iam praemonuerat nos



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vitæ denotátur. Tract.34. in Ioan. Ioan. 1.

D. Ioan. (ait D. Auguſtin.) quòd huius Domini lux non eſſet talis qualis, ſed lux viuificans: *Dicat lux vera, & vita erat lux.* Lux etenim quam cæleſtis hic ſol effundit, nō eſt materialis, illius ſolis lumini comparanda: quamuis oculos illuminet exteriores, ſi tamē mortui ſint, vel cœci, vel lippitudine graues, illis nec vitam nec vigorem nec Spiritum tribuit viuificantē: Porrò lux Chriſti vitam largitur animæ: etenim eius gratiæ lux illam viuificat, vitamque tribuit diuinam, quā homo recipit viuitque vitā diuinā.

☞ 40. Pſ.35.7.

Appoſitè propoſito noſtro perpendit idem D. Auguſt. illa Dauidis verba, dixit enim olim, hoc quod D. Ioan. hic nobis indicat: *Homines & iumenta ſaluabis &c. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt &c. quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Nota (inquit) hic inter nos multum differre lucem & fontem: fons etenim voluptati ſeruit & ſitim extinguit, lux autem viſum recreat, & illuminat oculos: Porro in Saluatore noſtro ambo coniunguntur: eſt etenim fons vitæ, & lux diuina: Nam lux quam tribuit lux eſt viuificans, quæ taliter illuminat vt vitam largiatur eminentem, diuinam & cœleſtem; eſt vita quæ illuminat & lux quæ viuificat: vnde patebit, quòd hæc duo coniuncta in ſeipſo nobis concedere voluerit: Cum enim prius dixiſſet quòd fons eſſet: *Si quis ſitit veniat ad me & bibat,* illico ſequentem ſubiungit ſermonem, in quo lucem appellat: *Iterum dixit eis: Ego ſum lux mundi. Videte fratres mei* (verba ſunt hæc Diui Auguſtini) *quomodo verba Domini cum illius pſalmi veritate concordēt, & vbi lumen poſitum eſt cum fonte vitæ & à Domino dictum eſt lumen, aliud fons. Fontem fauces quærunt, lumen oculi. Quando ſitimus, quærimus fontem quando in tenebris ſumus quærimus lumen. Nonſic apud Deum, quod lumen eſt hoc fons eſt,* &c. Multa hic occurrunt dicenda de vita quam Chriſti lux impertit, nempe gratiarum. Hæc eſt illa aqua viua, de fonte illo profluens, & hæc eſt illa lux clara, quæ de ſole hoc luceſcit, quæ illuminat vitam q; tribuit animabus. Vitam (inquam) diuinam, ſanctam, mundam, & quantum de ſe eſt, ſempiternam: *Gratia Dei vita æterna.*

D. Aug. Tom. 8.

Rom. 6. 23

V. Via cœli arcta eſt & lubrica.

Secundum declarat Chriſtus, quòd lux ſua ea ſit quæ ſecurè ô toque dirigit ad vitā æternam; quam etiam idcirco vocat *Lumen vitæ id eſt ducens ad vitam.* Papæ! quantum eſt hoc beneficium! quid ageremus ſine illa? Quòmodo certam caperemus viam? Nemo non legens admiratur ſermonem Angeli cum ſanctiſsimo illo ſacerdote Eſdra. Oſtendit illi ciuitatem magnificam, opulentam, delitiis affluentem, locóque ſitam amœniſsimo *Ciuitas ædificata, & poſita in campeſtri; eſt autem plena omnium bonorum.* Oſtendit autem illi viam eo ducentem ſcabroſiſsimam, præcipitijs lubricam, tenebris obſcuram & ingreſſu anguſtam; *Introitus eius anguſtus & in præcipiti poſitus, vt non capiat ſemita niſi ſolummodo veſtigium hominis.* Vides, cum talis ſit hæc via, quod ſi ab illa quis errauerit, ad vnam partem ignes horrebant ardentiſsimi, ad alteram mare ſpumabat profundiſsimum beſtiis plenum truculentis: Cui ſic Angelus: noueris ô ſacerdos priſsime, nullam aliam ad ciuitatē illam patere viam, quę cum acceſſu ſit adeo difficilis & lubrica, qui ab illa deuiauerit vel in ignem ex hac parte vel in maris abyſſum ex altera neceſſe eſt vt demergatur. Heu Dñe mi, quis hic rectum tenebit tramitem? quanto timore, quanta percellētur confuſione, quotquot ad hanc ciuitatem tendere conabuntur? Quam eximium hoc foret beneficiū viam illam ingredienti, ſi quis accurreret, illā certò cognoſcens & face prælucens ardenti diceret: Meis inſiſte veſtigiis, me pone ſequere: indubiè à recto nō aberrabis. Noſtrā hic habes feliciſſimā ſortē. Ciuitas, quo tendimus, cœlū eſt, ciuitas in quam *Plena omnium bonorum.* Talis D. Ioan. demonſtratur vt dictum eſt Domin. 2.

4. Eſ. 7. 6.

VI. Ab ea philoſophi omnes deuiarunt.

Iter tendens eò fragoſum eſt, anguſtum, obſcurum præcipitiis lubricum, adeoq; horrendum vt quicumque in illo corruerit in æternos ignes profundumque cruciatuum pelagus indubiè demergatur. Heu quantus eſt eorum numerus qui aberrantes in illa miſeri ceciderunt! Hoc iter ingreſsi ſunt Philoſophi & deuiarunt: vnus ex hac alter ex alia parte, dum enim omnes ad beatitudinem properant, viam eius neſcierunt, in diuerſiſsimas diuiſi & tendentes opiniones vt refert D. Aug. qui ducentas octoginta & octo enumerat, omnes perierunt. Seipſos anteſignanos duces vixque comites creabant, dicebantque aliis ſinguli: *Me ſequimini ſectam meam tenete ſi vultis beate viuere.* O quanta confuſione turbati languebāt illi qui ad illam conabantur tendere ciuitatē: hinc frequentes illæ Dauidis preces; *Notam fac mihi viam in qua ambulem.*

Lib. 18. de ciuit c. 1.

Pſ. 42 8. 41.

Ad hoc aduenit Chriſtus, vt ſe nobis ducem præberet lucemque daret ſecuriorem;



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VII. Chriſtus ſe nobis ducem præbet.

*Lumen vitæ.* Qui illam ſequitur ad vitæ ciuitatem certo certius peruenit, vbi vita regnat: *Qui ſequitur me* &c. Super hoc fundamentum erexit Apoſtolus Petrus ædificium illud ſublime in quo totam fidei noſtræ ſubſtantiam comprehendit?

1. Pet. 2. 21.

*In hoc vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Hoc nomine Chriſtianos Apoſtoli frequenter inſcribunt vocari: quia nos ad Eccleſiam ſuã ſua Deus miſericordia vocare dignatus eſt: *Vocauit nos vocatione ſua ſancta non ſecundũ opera noſtrã ſed per gratiã ſuã.* Ad quid

2. Tim. 9.

vocauit nos? Quid egit? *Paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum.* Ecce vnicô verbô fides comprehenditur eorum quæ de Chriſto credenda ſunt, hæc duo videlicet; primum: quòd redemptor ſit: nos enim de ſeruitute eripuit peccati, per quam diabolo ſubiiciebamur. Secundum: quòd nobis ſit dux & magiſter; docet enim nos vitæ ſemitam ſempiternæ.

Seſſ. 6. canon. 21.

VIII. Chriſtus nobis dux eſt & redemptor.

Hoc nobis ſacroſanctum definiuit Concilium Tridentinum contra quoſlibet hereticos: quidam enim effutiebant, quòd Chriſtus tantummodo nobis fuiſſet redemptor, qui paſſione ſuã & morte noſtris omnibus ſatisfecit flagitiis, quódque nos per hoc adeo liberos abſolueit, vt nihil nobis ſuperſit agendum ſaluationi noſtræ neceſſarium. Hoc plures opinati ſunt: iam enim a temporibus Apoſtol. ſurrexerunt illi, quorum errorem ſequuntur noſtro ſæculo Lutherani. Alij mentiuntur, id quod Chriſtus fecit noſtram tantum fuiſſe inſtructionem, qua percepta homo ſibi ſufficiens eſt vt ſe à peccatis erigat, ſaluetque perpetuum. Contra ambos hoc determinat S. Concilium *Si quis dixerit Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe vt redemptorem cui fidant non etiam vt legiſlatorem, cui obediant: Anathema ſit.* Audis idem

1. Pet. 3. 18.

à D. Petro Pontifice definitum *Chriſtus paſſus eſt pro nobis.* En tibi redemptorem: Non proſe paſſus eſt, qui peccatum non fecit nec facere potuit, ſed *Pro nobis*, vt nos redimeret ſolueretq; debitũ quo captiui damnatique tenebamur: *Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris*, fides hæc eſt D. Petr. *iuſtus pro iniuſtis. Vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.* Habes hic magiſtrum nos docentem & deducentem, qui noſtris obiectus oculis nobis ſic loquitur: *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.* Duo populo ſuo præſtitit. Primum quòd illum de ſeruitute redemerit duriori, qua illum pertinax Pharao tyrannus deprimebat, ipſum eiuſque copias maris præfocans fluctibus, operaque potentiſſimi brachij ſui miranda perficiens: *Redemiſti in brachio tuo populum tuum.* Non hoc ſufficie- Pſal. 76. 16.

bat: nam ſi ſatis illi fuiſſet illum de ſeruitute vindicaſſe & in libertatem aſſeruiſſe in deſertis illis Arabiæ ſolitudinibus, noſſet numquam, numquam carperet viam, numquam terram ingrederetur promiſſionis. Vnde illi, quo redemit populum, adiunxit & illud, vt ſe viæ comitem eius oſtenderet oculis in columna ignis & nubis. Hoc agit nobiſcum, ecce qualiter ſe, noſtris obiiciat oculis: *Ego ſum lux mundi qui ſequitur me* &c.

## §. 14. *Eſt Chriſtus dux ad cœlum ſecurus ſicut pſeudodij ad infernum.*

AD perpendiculum hic cadit D. Auguſt. ratio, quam congruè perpendit D. Thom. Opus erat homini duce vt certam vitæ 42. D. 1. p. q. 1. ar. 2.

ſemitam iniret. Duo duci conueniunt. Primùm: vt nouerit viam, nec ab ea deuiet. Secundum: vt eum videas quem ſequaris ex his ſequitur nullũ potuiſſe terrenum hominem ducem nobis præire

I. Solus Deus, vel ſolus homo nobis dux eſſe non poterat.

ad cœlum: nullus etenim viam nouerat, Deus qui illam nouerat, Dux eſſe non poterat. Erat etenim inuiſibilis. *Homo ſequendus non erat qui videri poterat Deus ſequendus erat qui videri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini & qui videretur ab homine & quem homo ſequeretur, Deus factus eſt homo.* Pro huius confirmatione notat Diuus Auguſtin. verſutiam

D. AVGVS. Lib. 2. de ciuit. c. 7. 8 & 10. Tom. 5.

diaboli: vt enim homines abſque vllo ſcrupulo ſemitas viaſque percurrerent vitiorum, illis perſuaſit; ut in album Deorum admitterent homines nebulones & quidem tales, quibus mundus non tulit nequiores. Iouem adulterum, Venerem mille laſciuiis vile proſtibulum, Martẽ vindicta fraudibuſque deteſtandum, Vulcanũ magis in traditionibus texendis quàm cudendo ferro exercitatum &c. Et tali omnes ſcelerem fuligine nigreſcebant. Sæpenumero attenta mente reuolui quænam ſubeſſe cauſa potuerit, cur diabolus tãtos non propoſuerit Deos quanti fuerant homines aliqua in hoc mundo præcellentiã ſpectabiles, ac inter illos nominare noluerit Noë, Abrahã, Iob, Moyſen, Ioſue alioſque quã plurimos, quorum opera tantã fulgebant excellentiã; vt illa non potuerint ignorare mundi ſapientiſſimi, Græci præſertim ſapientiæ ſtudioſiores, quique magna diligentia libros & cuncta-

II. Cur diabolus homines nequam vt Deos propoſuerit.

tum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum faſtus euoluebant nationum. Nedum non illis diabolus locum tribuebat, vt quempiam illorum pro Deo venerarentur, ſed in ſuper illis imponebat, hos fuiſſe præſtigiatores, necromanticos, verſipelles, proinde expedire, vt ab illis ſibi cauerent; ita quidam eorum Hiſtoriographi Moyſi meminerunt, illum vt incantatorem & Lymphaticum accuſantes: quodque ea arte, quæ de ipſo referuntur, opera perpetraret. Huius rationem aſſignat D. Auguſtin. volebat enim vt omnes viam ingrederentur flagitiorum eoque fine vt Deos extulit illos ſolummodo qui criminibus cæteris erant celebriores, nec pedem vel ſemel mouerunt niſi per hanc flagitiorum viam. Et illos (inquit Diu. Auguſtinus) cæteris dignitate præferebat, qui cæteros peruerſitate præcurrebant, quos dicebant Deos ſelectos: *Selecti plane nobilitate criminum non dignitate virtutum.* Vt cum naturale ſit omnibus hominibus deſiderium obtinendi beatitudinem, in hoc fallerentur, quòd crederent hanc ad illam viam eſſe tutiorem, quam Dij illi præeurrent: eſt etenim clara ratio, quam ſinguli ſibi ipſi formarent, Nullus melius viam nouit, qua vita poſſit obtineri beatiſſima, quam ipſi Dij, qui illa in ſummo gradu perfruuntur. Illi verò hanc in tam alto gradu conſecuti ſunt, vt nedum beati ſint, ſed Dij cœlorum Domini, & præfecti beatitudinis: igitur via tutiſſima ad beatitudinem erit eorum imitari veſtigia.

D. AVGV. lib. 7. de ciuit. c. 34. Tom. 5.

Hac de cauſa ait Spiritus ſanctus, quod maledicta illa caſtum Deorum adorandi ſuperſtitio, cauſa ſit, origo, & finis quorumlibet vitiorum, & omnium iniquitatum ſentina corruptiſſima: *Initium fornicationis eſt exquiſitio idolorum & adinuentio illorum corruptio vitæ eſt.* Hanc rationem expendit noſter Hiſpanus Cicero Chriſtianus P. M. F. Lud. Granat. vt enim refugio timorque Dei fræna ſunt & machæra peccatorum omnium, cum talis eſſet illa religio vt non ſolùm non illa prohiberet vel vt turpia reiiceret, quinimo illa vt pulchra acceptaret atque celebraret diuinos Deorum ſuorum exemplo mortales allecti nedum illa non fugere, ſed proſtitui illis ſe tradere geſtiebant. Ad huius confirmationem proſequitur præfatus Doctor argumentum antiqui & celebris Poëtæ Perſij, quo ſupponit nihil homini eſſe certius quam id qood intelligit ab eo fieri, qui Deus eſt, quocirca attentiſs homines attendebant ad Deorũ ſuorum facinora, quam ad doctiſſima Platonis & Socratis argumenta: *Magis homines intuentur quid Iupiter fecerit quam quæ docuerit Plato vel cenſuerit Cato*: Ita inqui videris id quod in ſcænam produxit nominatiſſimus ille Comicus Terentius: Iuuenem nempe in diuerſa raptum dubiumque an committeret adulterium: cauſa fortuito conſpexit imaginem, in qua referebatur illud tam enorme ſcelus adulterij quod Iupiter commiſit cum Danae in ſinum eius ſub figura ſeminis aurei delapſus, quam intuitus ſic ait. Si hic, qui Deus eſt cœli terræque celeberrimus, hoc ſe crimine contaminauit, ego homunculus non idem fecerò? *Quodqui templa ſummo ſomtu concutit, fecit: Ego homuncio, id non facerem?*

☞ 43. III. Idololatria principium vitiorum. Sap. 14. 12. p. 4. ſym. 10. ab ſinem.

Eadem intentione ait D. Aug. acriter inſtitit diabolus fallax perſuaſionibus, vt in feſtis & horum Deorum ſacrificiis exhiberentur in templis eorum facinora quæ omnia inſignem ſpirabant malitiam, horrendam redolebant impudicitiam, dicebanturque *Fugalia à fugatis hoſtibus.* Quaſi proteſtari eos eſſe Deos, quorum virtute in fugam acti eſſent inimici. Sed multo melius dicerentur (teſte Diu. Auguſtin.) *Fugalia, à fugato pudore, & honeſtate, & virtute*; illis etenim omnem procul abigebant honeſtatem, pudorem, & virtutem. Feſta dedicabant. Priapo, cuius execrandas libidines publicè ſpectãdas omnibus offerebant. Hinc viri ac mulieres eo prodibant animo & cupiditate vt illis pro libidine ſua vacarent impudentiùs. Noſtram attende cum Diuo Petro ſortem optimã: venit enim verus Deus, vera lux, qui nec errare poteſt nec in errorẽ inducere: *Ego ſũ lux mũdi.* Et verus homo, vt illũ homines videre poſſent, fronte procedit, ſe magiſtrum ducemque ſtatuit: in nobis vt certius aſſeuerans: *Qui ſequitur me non ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitæ &c. Vt ſequamini veſtigia eius.* Non ait ſemitam ſeu viam ſequamur ſpacioſam, ſed eius veſtigia. Verum etenim iter anguſtum ita eſt vt de eo ſic Angelus Eſdræ: *Habens iter anguſtum veſtigium hominis.* Quod illi quadrat quod Diuus Petrus ait: *Veſtigia eius*: Videnturque ambo fauſta illa ſpectare nuntia, quibus nos Vates Iſaias exhilarat: *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuũ & aures tuæ audient verbum poſt tergũ monentis: Hæc eſt via, ãbulate in ea & non declinetis neq; ad dexterã neque ad ſiniſtrã.* Ipſe corã oculis tuis

D. AVGV. Lib. 2. ciu. c. 10. & c. 6. Tom. 5.

IV. Feſta quæ fuerint fugalia.

V. Chriſtus nobis dux ad cœlũ venit.

Iſa. 7. 6.

Iſa. 30. 10.



oculis tuis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tuis de dux anteeccedet, & caput ſuum ad te conuertens acclamabit, diceтque tibi : hæc eſt quam ingredior : *Ambulate in ea.*

VI. Viam nobis nouã initiauit in ſeipſo.

O quam ſecuri pergeremus ait Apoſtol. talem ſequentes ducem nos præeuntum : *Habentes fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen id eſt carnem ſuam* &c. *In ſanguine eius* habes fulcrũ, habes hic talis prætentioni fulcimentũ : ipſe initiauit nobis viã, ſibi autem non neceſſariam: illam nobis aperuit, illam inchoauit, fuitque ipſe qui primus eam calcauit : *Viam nouam & viuentem. Nouam:* Illam etenim ignorabat mundus nec capere poterat, nec vnquam detexit: *Viuentẽ per velamẽ id eſt carnem ſuam.* Quia tamquam Magiſter Mathæſeos, qui illam docet non tam verbis ad auditũ quàm figuris ad oculum, quas deſcriptas in charta diſcipulis exponit : ſic & Chriſtus hanc nobis viam in carne ſua viuentem præmonſtauit: in illa paſſus nobis proponens, quos ſequamur, & viam quam ingrediamur: ſcilicet tribulationes, mortificationes, orationem, patientiam, iniuriarum indulgentiam &c. *In carne ſua.*

☞ 44. VII. Ratio cur Chriſtus pauper venerit.

Hinc liquet ratio, & finis ob quem Deus venerit pauper omnium indigus, vitamque duxerit perpetuis grauem tribulationibus atque eã inter dolores finiit quibus nullus in mundo paſſus eſt acerbiores. Cauſa principalis quam protulerunt & proferunt Iudæi cur Chriſtum vt Meſſiam renuant acceptare: hæc eſt: Quod taliter Redemptorem expectarent, qui illos diuitiis boniſque aſtatim impleret, malis eriperet, felices faceret, & in ſumma collocaret quiete gaudentes: Videbatur autem illis hoc ab illo fieri minimè poſſe, quem pauperem videbant, fame ſitique languidum, labore fractum, qui vitæ ſuæ dies inter dolores tranſigeret, cui mors terminum impoſuit ignominioſa, Eratq; hoc illis familiare prouerbiũ: ſicut & anteceſſoribus: dum illis Deus Saülem in Regem præfecerat, qui eos à ſeruitute liberos vendicaret, qua à Philiſthæis grauiter opprimebantur, videntes illum aliis ſimilem hominibus de plebe vulgaribus, dixerunt: *Num ſaluare nos poterit iſte?* Iſte pauper, famelicus, inops huius vitæ miſeriis oppletus, noſtras poterit ille reparare? Carnali ſenſu capiebant, diuitias, ſalutem, delitias, quietemque terrenam. O mente laborantes, an neceſſe fuit, vt Deus deſcenderet illudque iter aggrederetur, quod aggreſſus eſt veniens in mundum, vt nobis ea quæ minoris ſunt momenti largiretur? Non deſcendet, non venit libertatem nobis daturus temporalem, opes terrenas, carnis delicias, corporis voluptates: Hæc enim omnia modicæ ſunt ſubſtantiæ temporiſque exigui, ſed vitam æternam, vitam diuinam, vitam cœleſtem. Non eam vitam quam febris extinguit, non eas delicias, quæ carnem ipſam conſumunt, ſed vitam æternam : *Hæc eſt repromiſſio quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam.*

VIII. Idcirco à Iudæis reiectus.

1 Reg. 10. 27.

IX. Via cœli non ſunt deliciæ.

1 Ioan. 2. 25.

Iter autem ad hanc, deliciæ non ſunt, voluptates, opes, honores quies mundique facultates : Sed dolores, cruciatus, ieiunia, corporis flagellationes, fames, perſecutio, crux, nuditas. In illa igitur, figura venire debuit, in qua nos per viam illam duceret, ſuaque nobis impreſſa relinqueret ſectanda veſtigia. Conſidera, quam viam carpat : hæc etenim ea eſt nobis ſequenda. Venturus erat, vt illam nobis indicaret inquit Iſaias : *Oculi tui videbunt præceptorem tuum & aures tuæ audient Verbum poſt tergum monentis : Hæc eſt via ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dexteram neque ad ſiniſtram.*

Iſ. 30. 20

O mortales (ſic D. Bernadus) audite quid vobis dicat : *Ego ſum lux mundi &c. Aut iſte fallitur, aut totus mundus errat: ſed diuinam falli impoſſibile eſt ſapientiam* Attende, quà du cat: vel enim ille deuiat vel totus mundus; cum ſint hæc itinera adeo ſibi inuicem oppoſita. Ipſe errare non poteſt : eſt etenim cæli ſapientia: mundus ergo à recto tramite delirat. Vt autem cum illo non delires, audi Chriſtum monentem: *Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam* &c. Expende verba Prophetæ Regis, quibus Dominũ hunc alloquitur quaſi illius miſertus: *In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur* Heu Domine mi, quanto hoc cordis mei dolore profero, miſeret me tui vel ſi placet, mortalium. Iter tuum Domine ſemper in mari fuit & ſemitæ, quas ambulaſti aquarum multitudini ſunt impreſſæ, nec tua tamen cognita ſunt hic infixa veſtigia. Naſcitur Dominus in mundo factus viator : quò direxit viam ſuam? Ad cœlum? & quà? Per mare aquaſque amariſſimas, per illas omnes viæ illius ſemitæ & diſcurſus cogniti fuerunt. Et meritò: via namq; cœli per mare rēdit tribulatinũ & aduerſitatũ *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei.*

D. Bern. Serm. 3. de Natiu. Dom.

Matt 19. 24.

Pſ. 76. 20

X. In mari tribulationum multa Chriſtus reliquit ſectanda veſtigia.

Act. 14. 22.

Demon-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

☞ 45 Demonſtratur D. Ioann. ſignumque illius
æterni regni declaratur in quo Deus reſidet, ſan-
ctos ſuos glorificans: ait autem ipſe ſibi oſten-
ſum fuiſſe coram Deo mare inter regnum &
mundum: ita vt qui ad regnum eſſet peruentu-
Apoc. 4. 1 rus: prius pelagus illud tranſire debuiſſet: *Vidi
oſtium apertum in cælo: & ecce ſedes poſita erat
in eo, & ſuper ſedem ſedens &c. Et in conſpe-
ctu ſedis tanquam mare vitreum &c.* Per hoc
mare Saluator tranſiuit.

Mare eſt locus, in quod omnes aquæ con-
fluunt quæ cruciatus pœnaſque ſignificant,
Chriſtum attende his ita immerſum vt dicere
Pſ. 78. 3. potuerit: *Veni in altitudinem maris.* Nullum
non tormentum paſſus eſt, nullam non mole-
ſtiam, nullum non cruciatum deuorauit vt iure
merito illum Propheta Euangelicus nominarit:
Iſai. 53. 3. *Virum dolorum. Omnia flumina intrant in ma-*
Eccle. 1. 3 *re.* Mundus redundat fluminibus: hic pauper-
tas eſt, ibi fames, alibi dolor, alio loco perſe-
cutio, ibi vulnera, hic lachrimæ, alibi calum-
niæ, clades alibi, Omnia flumina hæc cateruа-
tim in Chriſtum confluxerunt: *In mari via
tua* De quibus alibi. An veſtigia ſignaque
reliquit? Quam maximè: Illum igitur con-
templare in deſerto ieiunantem, in monte no-
ctibus vigilem & orantem, in horto captum,
in domo Caiphæ alapis cæſum, apud Hero-
dem irriſum, coram Pilato condemnatum,
in Caluariæ monte crucifixum. Veſtigia re-
liquit impreſſa vt illa ſequaris, aduerſitates
modeſtè lætèque perferens, remittens iniurias,
pro maledicentibus orans ad carnis mortifica-
tioné ieiunans, non reddens malum pro malo, in
1. Pet. 2. cruce caput inclinans: *Qui cum maledicere-
23. tur non maledicebat,* Oculos tuos in hunc
XI coniice Saluatorem: nullam enim inuenies
Omnes tribulationem, quam ille non deuorauit, non
Chriſtus cruciatum, non pœnam, per quam non am-
paſſus eſt bulauit, nobiſque viam aperuit. Lapis hic eſt
aduerſi- Zachariæ præoſtenſus ſeptem oculis lucidus, id
tates. eſt omnibus q. d. omnes oculi: nullus etenim
Zacha. 3. eſt, qui quamlibet patiatur aduerſitatem, quod
9. ſi oculos ſuos ad Chriſtum dirigat, non illum
agnoſcat eandem ipſum pertuliſſe, nec actum
virtutis, quem voluerit exercere, quem non
poſſit in illo deprehendere, velut in prototy-
po ſi ad eum oculos ſuos dirigere voluerit, Hæc
eſt illa via, quam inambulat, hæc eſt inquam,
illa via, quam nos docet: hæc eſt illa via
quam ingredi te oportet, ſi ad cœlum volueris
peruenire: *Hæc eſt via, ambulate in ea:* quia
vt eum imiteris ac ſequaris per huius pelagi XII.
aquas amariſſimas, primus ingreditur. O im- Similitu-
menſam Chriſti miſericordiam (exclamat D. do.
Aug.) ſi medicus vt ægroto conferret ſalutem,
potionem illi præſcriberet amariſſimam, illam-
que infirmus exhaurire recuſaret, medicus au-
tem, vt illi animum daret, illam quaſi totam
biberet, relictis tantummodo duabus ex ea
guttulis. O quanta foret hæc medici benigni- D. AVG.
tas: *Prior bibit medicus ſanus, vt bibere non* Serm. 18.
*dubitaret ægrotus. Quid enim tam amarum eſt* de verb.
*in illo poculo, quod ille non biberit? Si contume-* Dom. To.
*lia, prior audiuit, cum dæmones expelleret, dæmo-* 10.
*nium habes. Vnde & conſolatur ægrotos, dicens:
ſi patrem familias Beelzebub vocauerunt quan-
to magis domeſticos eius? Si dolores amari ſunt,
etiam mortuus eſt. Si genus mortis exhorreſcit
infirmitas, nihil tempore ignominioſius fuit,
quam mors crucis, ſicut & Apoſtolus ait fa-
ctus pro nobis maledictum. Hic ergo Dominus
faciens diuina patiens humana admonet nos* &c.
*Hæc eſt via, ambulate in ea.*

Cæterum quod dolenter fero, Domine mi XIII.
(ait Dauid) hoc eſt, quod *Veſtigia tua non* Dolendũ
*cognoſcentur* Non ait, quod veſtigia nulla, quod
ſignaque reliquerit, ſed quod illa non atten- Chriſtũ
dantur, non cognoſcantur. Tu videris, quam pauci ſe-
viam ingrediaris: tu videris, an eius hæc ve- quantur.
ſtigia ſequaris: tu videris, an illum imiteris:
*Aut iſte fallitur, aut totus mundus errat* ait
D. Bern. Ex his veſtigiis tua conſidera, & ex
illis paſsibus, metire tuos, & attende num
aliqua tibi ſit ſpes ad vitam pertingendi ſem-
piternam: certo namque certius eſt, ſi hunc
minimè ſecutus fueris præcedentem, eo ſequi
non poteris aſcendentem: hoc enim eſt quod
ait: *Qui ſequitur me, habebit lumen vitæ.*
Quàm alacer pergit, qui per viam incedens
difficilem cernit quod veſtigium eius ſequatur,
quem nouit ducem ſe præire, qui ſecurus &
ſine errore viam perambulauit: De quo alias.
Tertius ſenſus his verbit dari poteſt: *Qui
ſequitur me &c.* Quod loquatur etiam Do-
minus de vita naturali. Si vitam exoptas diu-
turnam, illum ſequere: Cum enim lux ſit,
peccatorum tergit tenebras: Hæc enim ſunt,
quæ vitæ dies reſcindunt, vt die Iouis antece-
denti diximus

§ 35.

*§. 15. A ratione longiùs aberrarunt hi: quandoquidem lux, aliâ quam ſuâ non indigeat luce, quâ ſeipſam manifeſtet.*

☞ 46 TV *de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.* Audin' reſponſum, quo proſiliunt tam impudens tam irrationale? *Tu* laudis tuæ præco es (a) tu pro teipſo loqueris, tu teipſum exaltas, manifeſtum ergo eſt verbo tuo, vt vero, fidem non eſſe adhibendam: Vt tale enim non cenſetur, quod de ſeipſo quilibet profert. Penſate, quæſo verba magni contemptus: dum illo vtuntur, pro nomine, *Tu*: eſt etenim emphaticum, & grauem ſupponit contemptum, quo eius perſonam inhonorant, optimè teipſum laudas, multum tibi arrogas: *Tu*: altiores ſunt tui cogitus, quàm cuiuſcumque hominis: leonis exuuium induiſti, nullus vixit nec viuit adeo præſumptuoſus, vt in ſui prædicatione, & laude velit ſibi ex ſolo ſuo teſtimonio fidem adhiberi, *Tu* ſolus es, tale quid tibi adſcribens. *Tu* homo adeo vilis, ignotus terræ filius, qui claſſes numquam frequentaſti, magiſter vis eſſe magiſtrorum? *Tu* in quo nil laude dignum, cognoſcimus, quem vt mortalium habemus abiectiſſimum, te cæteris ambis præferre mortalibus? Hic aduerte quid dicere voluerint: & videntur ex ratione loqui, quam in iure communi fundant omnium nationum, quòd nullus ſit competens iudex in propria cauſa, nec quiſquam in tribunali vt ſufficiens teſtis admittitur laudis propriæ buccinator, vel prolato de ſeipſo teſtimonio; quinimo Chriſtus hoc ipſum admittere videtur quando in alia cum ipſis collatione iiſdem aſſeruit: *Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum.*

(a) *Alabate polla*

II. Iudæorũ impudẽs reſpõſũ.

Circa hoc ſcribit D. Chryſoſtom. declarans qua veritate hæc ſibi verba non contradixerint: proſecutus, quomodo ex eo quod Chriſtus duas habuerit differentes naturas, de ſeipſo diuerſimodè alias & alias loqueretur. Porrò fuit hæc eorum reſponſio adeo impudens, & contra omnem decentiam, vt hic ad regulam cadat illa admiratio, qua ſeſe nobis Euangeliſta perculſum oſtendit ipſo die Palmarum: quando Domino Hieroſolymam tam illuſtri ingreſſo triumpho, & in templo peractis tam ſtupendis, ipſis ſpectantibus, prodigiis, quæ totam poſſent confundere tartari militiam: Illo præſertim ſpectaculo puerorum, qui ab vberibus ſuſpenſi maternis, alaudæ facti cœleſtes, pæana illi decantabant, vt verum Deum Regem & Saluatorem acclamantes; Quando quis ſanæ mentis nil aliud ſperare poſſet, quam quòd conuicti ſeſe illi humiles ſubderent, econtra conglobati in vnum reſponderunt illi, idipſum in eum retorquentes, arguentes, & humanæ laudis eum ambitioſum accuſantes, qui gratanter audiret talia ſibi præconia decantari, quæ quandoquidem admitteret, illi nequaquam illis deberent adſtipulari.

*Ho. in illud: Cum autè omnia ſubiecta fuerint ei. Poſt 1. ad Corint.*

II. Duo Chriſti de ſeipſo teſtimonia conciliãtur.

Videtur hic Euangeliſta ſtupore non parum attonitus, ingenuè confeſſus ſe neſcire quid diceret, niſi hoc ſolum illos tantâ eſſe caligine obtenebratos, quantâ illos Iſaias prædixerat obtenebrandos: *Cum tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum &c. Dixit Iſaias excæcauit oculos eorum &c.* Quando oculi lippitudine & humore craſſo prægrauantur, quò clarior lux fulget, eò magis obcæcantur. Numquam minus opportunè, quam modò, dare potuerunt illi hoc reſponſum, dum illis Dominus ait: *Ego ſum lux mundi*; Primò etenim illis quaſi dicit, & huius euidentem probat continuationem, cum viderint quod illis ſecreta detexerit abditiſſima cordis omnium & ad eorum produxerit oculos vnico lucis ſuæ radio; nam ſcribens in terra ad ſingulorum conſpectum ſecretiſſima eorum promulgauit crimina, poteratque dicere, quod aliis apud Hieremiam: *Eiiciam de ſepulchris oſſa &c. Et expandam ad ſolem &c.* Ita vt nec ſol ipſe euidentius oculis suis exponat, & aperiat id, quod coram tuis præſens eſt, quando lucem ſuam clariùs effundit: quàm ſol hic Chriſtus coram eorum oculis, omnia eorum peccata expandit occultiſſima, Perceperunt pariter quòd diuini verbi ſui luce purificata & abſoluta fuerit miſera illa adultera, & à iuſtitiæ ſupplicüs immunis: Quandoquidem quàm primum illam vt talem declarauit ſui verbi certificatione, nullus in tota Hieruſalem index fuerit, aut quiſquam alius, qui illi obloqueretur, aut moleſtiam inferret cum prius omnes illi fuiſſent iurati mulieri huic aduerſarij.

III. Stupet Euangeliſta, Iudæorum infidelitatem. *Ioan. 12. 37.*

*Hiere. 8. 1*

47 ☜ Secundò: ex euidenti argumento in prædictis fundato: quando dic mihi, vidiſti quòd lux quædam, vt probaret ſe lucem eſſe, requirat, aut neceſſe habeat alio, quo manifeſtetur, vt lux lumine? Si facula media nocte accenderetur, ſeipſam

IV. Chriſtus

&

manifeſtat: nec alia indiget luce.

& in medio huius templi ſtatueretur diceret autem illa: ego lux ſum quæ totum hoc medium illumino, tu verò contradiceres. Nequaquam tibi credo: tu enim es, quæ teipſum manifeſtas: Adferantur aliæ faces vel candelæ, quæ mihi tuam demonſtrent lucem: quantam hoc ſaperet amentiam? Etenim proprium luci eſt (teſte Apoſtolo) vt ipſa ſit, quæ reliqua imo & ſeipſam detegit, ac demonſtrat; ita vt numquam aliam requiras lucem, vt lucem videas. Perpende, quàm appoſitè Chriſtus dixerit

Luc 11. 33.

*Nemo accendit lucernam &c. vt qui ingrediuntur lumen videant.* Accendimus lucernam, vt id quod eſt in cubiculo, reueletur, cæterum ingredientes lucem non per aliam lucem, ſed per eam ipſam intuentur: *Lux & ſeipſam monſtrat & alia* ait D. Auguſt. lucem accendis vt veſtem, menſam, litteras, librumque conſpicias. Verum vt illam ipſam videas, quis vnquam aliam petiit accenditque lucem?

D. AVGVS. Trac. 35. in Ioan. Tom. 9.

Luce clarius probat illis Chriſtum ſe lucem clariſſimam: eo quod oculis eorum ſeipſum manifeſtarit. Iudicij redolet inopiam, illi dicere: vt alias ſibi candelas ſeu luces quibus ipſe manifeſtetur: Nam ipſe ſol, ſuppoſito quod radios vibret lucis ſplendidos, quibus quidquid in mundo eſt manifeſtat, eo ipſo ſeipſum manifeſtat, vt alia neceſſaria non ſit lux, quæ ſolem manifeſtet. Numquam aliam poſtulauit Dauid lucem, quam ſuam eandem vt illum agnoſceret in mundum

Pſal. 43. 3.

venientem: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam.* Tuam veritatem, tuam lucem. Iſta veritas, eſt ipſa lux, ipſa etenim eſt, quæ ſeipſam manifeſtat. O perfidos ait D. Ambroſ. Iam hoc

D. AMB. Lib. 5. in c. 5. Lucæ poſt init. Tom. 3.

vobis familiare eſt opera videre & negare perſonam: *Suô iudiciô perfidiam ſuam produnt, qui opus adſtruunt, perſonam negant.* Quid de illo diceres qui ad oculum ceraſa in arbore videret, negaret autem hanc eſſe ceraſum aliaque peteret ad credendum argumenta? Si in arbore poma pendere cernens replicares: Poma quidem video, porrò vt credam pomum arborem eſſe, alius veniat, qui mihi hoc aſſeueret, quid diceremus? Ad lucem patet quòd *Excæcauit illos*

Sa. 2. 21.

*malitia illorum*

Trac. 35. in Ioan.

Inſuper in hoc perpende cum D. Auguſtin. argumento ſane ſubtili, & eleganti: Quòd Dominus non minus prouidè mundo conſuluerit ſpirituali, quam corporali: in hoc quippe ſolem ſtatuit principium, fontemque lucis: priuſquam autem hic illuceſcat, ſtellas creauit quæ luce ſua illum prædicent eiuſque annun-

V. Solem multa præcurrerunt lumina, ſic & Chriſtũ prophetæ.

tiente exortum, præſertim ſtatuit luciferum, qui præcurreret mundoque manifeſtaret iam nunc fore ſolem oriundum: Illum ſtatuit quaſi famulum à facibus, verum poſtquam iam ſol ſeipſum manifeſtauit, non ſtellas, non luminaria, non luciferos poſuit ſolis manifeſtatiuos: quamuis enim bonũ ſit teſtimonium quod de ſole perhibet lucifer, & ante eius egreſſum ſydera perhibuerunt: non ad illud tamen accedit quod de ſeipſo ſol perhibet: neque enim luciferi lux, neque ſtellarum omnium ad illam accedit lucis claritatem, qua ſeipſum ſol manifeſtat. Hæc eſt illa philoſophia qua D. Ioannes ſuum orditur & proſequitur Euangelium Vt verum Deus declararet ſolem miſit (ait D. Auguſt.) multaſque creauit ſtellas, quo tempore legis antiquæ nox durauit, Prophetas intelligo: luminaria fuerunt hi omnes qui ſolem manifeſtabant: *Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent. Qui omnes prænunciauerunt de aduentu Iuſti.* Vltimam autem ex induſtria creauit lucernam immediatè antequam oriretur Ioan. videlicet Bapt. *Fuit homo miſſus à Deo &c Non erat ille lux ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine* Ortus eſt lucifer ille & iam luce ſua in mundo præuenit huius ſolis natiuitatem: ad hoc enim lucebat, vt ſoli orituro prælucerer Sic teſtatus eſt atque quod velut lucifer ipſe præcurreret & quacumq; luce fulgeret, huius ſolis virtute ac lumine præfulgeret, a quo & habent & ſuam recipiunt cætera luminaria: *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Legitimum fuit hoc luciferi teſtimonium: Cæterum nec hoc, nec illud, quod reliqua dederunt ſydera, Prophetæ videlicet. ad illud acceſſerunt, quod ipſe de ſe ſol perhibuit. Nempe quod mundum illuminaret vniuerſum: *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem* &c. Orto iam hoc ſole ſplendidius & omnium patente oculis atque aſſeuerante *Ego ſum lux mundi*: Non eſt cur ad luciferum nos conuertamus: iam enim diſparuit, nec alia inquiramus luminaria. Congruè dixit hoc illis ſæpenumero Chriſtus. Nunc quidem *Scrutamini ſcripturas in quibus &c. omnes teſtimonium perhibent de me.* Alias: *Vos miſiſtis ad Ioan. Ille erat lucerna &c. & teſtimonium perhibuit* &c. Alius eſſe non poteſt, qui teſtimonium de ſole perhibeat, quam lucifer qui prælucet, & hoc quanto tempore ſeipſum ſol minimè manifeſtat. Tandem à corde contumaci liberet nos Dominus quod

Act. 10. 43. Act. 7. 52.

Ioan. 16.

Ioan. 16.

Ioa. 5. 30.

Ioa 5. 53.

non credit id quod cernit, niſi ſuæ ſit libidini
Prou. 18. conforme: *Non recipit ſtultus verba prudentiæ niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde.* Nilominus illis ſatisfacit Chriſtus probatque, quod de ſeipſo teſtimonium perhibens, recipi debeat: eo quod ſeipſum intimius & vſque vlla erroris ſuſpicione cognoſcat, quo ſuipſius confirmat probatque diuinitatem: Quis etenim poteſt (ſi D. Chryſoſt. credimus) certiùs veriùſque de Deo quàm ipſe Deus proferre teſtimonium? *Deus ſibi ipſi idoneus teſtis eſt* &c. Addit amplius; non ſolus ipſe de ſe teſtatur ſed & Pater cœleſtis, in quo præclara notat myſteria; ſua nos luce cœleſti colluſtret, vt illa percipiamus & gratiæ ſuæ luce potiamur, qua perfectè illa in gloria aſſequamur Amen. D.CHR. Hom. 51. in Ioan. Tom. 3.

# SVMMARIVM

## HOMILIÆ TRIGESIMÆ QVARTÆ SEQVENTIS.

CELEBRAVIT Eccleſia mater quinque præcedentes hebdomadas;
velut vigiliam feſti illius quod hodie exorditur Dominicæ Paſ-
ſionis. Quia verò hoc de illa primò ſentiendum eſt, hanc fuiſſe
propter peccata noſtra: Hoc primum in hac feſtiuitate peragit,
demonſtrat videlicet, quòd is qui moritur, in ſe fuerit ab omni
a §. 1. peccato liberrimus. *a.* eo fine hodiernum proponit Euangelium,
quod ad quatuor puncta reuocatur. Primum oſtendit, Chriſtum qui veridicum
de ſua teſtimonium perhibet innocentia, quòd realiter nec peccatum habuerit, nec
b §. 2. habere potuerit. *b.* & ſic eſſe conueniebat. *c.* vtque illud toti mundo innoteſceret.
c §. 3. *d.* Secundò proponitur expediens fuiſſe hanc facere teſtificationem coram ſacerdo-
d §. 4. tibus & plebe ob ſex rationes. Prima, vt legi ſatisfaceret. *e.* Secunda, veritati.
e §. 5. *f.* Tertia, honori ſuo, quatenus mors eius eſſet glorioſa. *g.* Quarta, vt ius ha-
f §. 6. beret reprehendendi illos ſine replica. *h.* Quinta, vt doceret nos noſtram præ-
g §. 7. uenire mortem. *i.* Sexta, vt oſtenderet quòd Rempublicam inſtitueret, vt ho-
h §. 8. mines eſſent ſancti, cuius ipſe caput erat, qui de nullo poterat peccato redar-
i §. 9.
k §. 10. 11 gui. *k.* Tertium punctum complectitur, quòd ex confirmatione ſuæ innocentiæ
Chriſtus procedat, ad malitiæ eorum comprobationem: dicenti namque illis ve-
l §. 12. ritatem, fidem noluerunt adhibere. *l.* Commune eſt hoc in mundo. *m.* Porrò
m §. 13. per hoc Dominus oſtendit, illos eſſe filios diaboli. *n.* quod & ipſi confirmant,
14.
n §. 15. 16 ipſa veritate irritati. *o.* Quartò refertur, quod ſuam Chriſtus patefecerit manſue-
o §. 17. 18 tudinem, cum manſuetudine reſpondens. *p.* ſed Deo ſupplicium remittens, & tales
p §. 19. deſerens, quia cum maxima ſe Chriſtus illis miſericordia manifeſtet, lapides arri-
q §. 20. piunt. *q.*

*§. 1. Poſt præmiſſam vigiliam orditur Eccleſia Dominicæ Paſsionis ſolemnitatem, & primò, vt illi crucem imponat, eius probat innocentiam.*

*§. 2. Non habuit Chriſtus, nec habere potuit peccatum, ob id quod Angelus puriſſimæ Virgini, eiuſque Matri declarauit.*

*§. 3. Conueniens erat vt Chriſtus nullum haberet peccatum, eſſetq; ſanguis eius ita purus, ſicut cognouit Abraham videns diem eius in ariete Sabech.*

*§. 4. Probare debebat Chriſtus ſe mundum eſſe in oculis hominum, licet mundus eſſet in oculis Dei.*